

adorientibus jam fines Macedoniae ductu Alexandri Magni A excidium urbi portendentes, nigro omnia opere compleverunt. Pausan. in Bœot. dicebant portendere telam illam, decorum ab urbe migrationem. Diod. l. 17.

VEGETABILIIUM DIVINATIO. QUOMODO.

Oritu. Ficus Romæ Capitolio enata pudicitiam Romanorum everfam denotavit. Plin. l. 17. c. 25.

Restitutione. Nuceria, ulmus in luco Junonis, amputato cacumine, quoniam in aram ipsam procumbebat, restituta sponte est, ita ut prostratus foret. A quo deinde tempore majestas Pop. Rom. Cimbricis cladibus vultata, restituta. Idem factum & in Philippis falice procidua, & detruncata: & Stagiris in Musæo populo alba. Plin. l. 16. c. 32.

Flora. Scopæ in palatio florentes sub Valentiniano, & Valente, ex B altationem hominum viliam significarunt. Gardanus l. 15. de Rerum var. c. 78.

Cæso ex insidiis Alexandro Medice Florentinorum duce, eo ipso die in Cosmi Medicis villa omnis generis florum ubertas contra anni constitutionem cunctis stirpibus erupit, & uni isti Cosmiani horti ad adulti veris similitudinem floruerunt. Cosmus Florentiam properè de suo prædio profectus, principatum adeptus est. Sabellicus Supplementum l. 22.

Fructu, Proventu. Theopompus l. bist. 54. in Bitalia Amphipoli, & Crestonia, Macedonia civitatibus, regnante Philippo, ficus fructus medio vere produxisse feribit, vites racemos, & oleas olivas: quo tempore primum pullulare æquum videbatur. Hinc omnia Philippo regi feliciter acciderunt. Athen. l. 3. c. 3.

Frugibus ostentum semel (quod eisdem invenerim) Rom. accidit. P. Aelio, Cn. Cornelio Coss. quo anno superatus est Hannibal. In arboribus enim tum nata produuntur frumenta. Plin. lib. 18. c. 18.

P. Annio Tacito imperium portendit vitis: quæ cum uvas albas ferre solet, eo anno rubros racemos emisit. Item vinum album in rubrum conversum est. Fulg. l. 1. c. 4.

C. Vindemia repetita circa occasum Plejadum, Juliano Imp. contra Constantium moventi incrementum portendit. Euseb. l. 11. de Constantio. Sozom. l. 5. c. 1. & Nazianzenus orat. 1. in Julianum.

Motus. M. Lucullus dux Syllanus, dum ad Fidentiam adversis hostiles cohortes quinquaginta cum sedecim remgeret, & quod complures suorum inermes essent, cunctabundus staret: flores ex propinquo herbido mollis ventus affatim vehens, coniecit in exercitum, eumque aspersit sponte adhaerescibus iis, scutaque, & paleas comprehendebat, ut coronati parentarent ab hostibus. Unde magis erecti signa contulerunt, obtinueruntque victoriam, caelis ostodecim millibus, insuper castris hostem exuerunt. Plut. in Sylla.

Olivæ in agro Marrucino Vestii Marcelli viam publicam transgressum, Neroni portendit excidium. Plin. l. 17. c. 25.

Cæsu. Arbores ficitres, quæ ficus eas ferrent, quibus Alexandriarum nomen est, subitò ante Alexandri Severi Imp. in Germanica expeditione tentorium deciderunt, cum tentoria imperatoris his adnexa essent. Lamp. in Alex.

QUORUM. VERBI CAUSA.

Lauri. Laurum Apollini sacrum, futurorum habere præfensionem quandam, creditum vulgò est. Siquidem nil crepitantius uritur, sicuti à Lucretio proditum quoque novimus. Sed eo prior etiam Theocritus canit. Nam & hinc Daphne dici videtur, velut Eustathius interpretatur: etenim de intentionis vim habet, quæ vero loqui est, ac canere. Igitur eventus rerum ex crepitantis modo veteres aucupabantur: quod nec Porphyrium latuit. Nam si crepisset abundè, ac sonantius, haud dubiè portendi ad felicitatem rebantur. Tibull.

Laurus ubi bona sena dedit, gaudete coloni. E diversò si tacita deslagasset, inauspicatissimum, infelicissimumque arbitrabantur: quod approbat etiam Præperius: Et tacet extindæ laurus adusta foro. Cælius, l. 5. Antiq. Læti. c. 7.

Lauro coronatæ faces à Luculli lictoribus donatæ, Cn. Pompeii gloriam præfigunt. Plut. in Lucullo.

Livia Drusilla (quæ postea Augusti matrimonium nomen accepit) cum pata esset illa Cæsari, gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gremium illam: intrepidè que miranti accessit miraculum, quoniam tenero rostro laureum ramum onustum suis baccis. Conservari alitem, & sobolem iussere aruspices, ramumque eum feri, ac ritè custodiri. Quod factum est in villa Cæsarem, fluvio Tiberi imposta, juxta nomen lapidem, Flaminia via, quæ ob id vocatur, Ad gallinam: mirèque sylva provenit. Ex ea triumphans postea Cæsar, Laurum in manu tenuit, coronamque capite gessit: ac deinde Imperatorem Cæsares cuncti. Traditque mos est, ramos, qui tenuerunt, ferendos. Et durant sylvæ nominibus suis discere. Plin. l. 15. c. 41. Fuit mos triumphantibus alias confestim eodem loco pangere. Et observatum est, sub cuiusque obitum, arborem ab ipso institutam clanguisse. Ergo novissimum Neronis anno, & sylva omnis exaruit radicitus, & quicquid ibi gallinarum cras, interit. Suet. Hinc adagium, Gallinæ filius alba, convenit in eos, qui rara, & fatali quasi felicitate, successe rerum utuntur.

Myrti. Myrtus arbor Veneri sacra, prima omnium in locis publicis Romæ facta est, fatidico, & memorabili augurio. In antiquissimo namque delubro Quirini, hoc est, ipse sacra fuerit myrti duæ ante adem ipsam per longum tempus, altera patricia appellata, altera plebeja. Patricia multis annis prævaluit, exuberans, ac lata, quamdium senatus floruit, plebeja retrorrida, ac squalida. Quæ postquam evaluit, flaccescere patricia, Marficio bello, languida auctoritas patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit majestas. Plin. l. 15. c. 290.

Vitis. Heliopolitanus Jupiter, Vite in partes dissecta, & sudario involuta, Trajano de exitu belli Parthici, & an Romam incolumis rediturus esset, consulenti mortem prædixit. Macrobi. lib. 1. Saturnalium 23.

Olea. Oleaster Megaris diu in foro stetit, cui viri fortes arma affixerant, quæ cortice ambiente ætas longa occultaverat. Fuitque arbor illa fatalis excidio urbis, præmonite oraculo, cum arbor arma peperisset: quod fuscæ accidit, ocreis, galeisque intus reperitis. Plin. l. 16. c. 39.

Rubi. Locro cuidam red dita fors est, ibi civitatem conderet, ubi canis lignea morsum ei infixisset. Quo nomine, cum ad alterum navigasset maris litus, calcavit rubeos sacros, id est, rubum caninam, spinae genus: inde cum suspicaret finem habere oraculum, civitates condidit, quas Locri habent Ozolæ. Cælius l. 17. c. 28. A. L. ex Athen. l. 2. c. 33.

Timoleon Corinthius pugnaturus adversus Carthagenenses, ex apio, quod occurrentes muli ferebant, omen captavit victoria. Plut. in Timol.

HOMINIUM PREDICTIONES.

PRÆSAGIA. Ex Tit. Præfagiorum, exempla sue junctæ materie petantur. Item ex Tit. Præphetarum. Illic Præcognitio quomodocunque, per quæcunque facta hic: Prædictio tantquam species Divinationis perpenditur.

JUSJURANDI DIVINATIO.

Consule Tit. Fides per deos religiose concepta. Illic Jusstitia, hic Divinationis, per quam jusstitie opinio confirmatur, habenda ratio.

Leo III. Pp. quod Adriani, in ejus defuncti locum susceptus fuerat, acta permulta rescinderet, ab illius propinquis, amicisque, qui ejus liberalitate creverant, conjuratione facta comprehensus, cum è custodia clapsus, opo Vinigisti Spoletini Ducis in Franciam ad Carolum Magnum confugisset, in urbe remittitur, comitibus Episcopis, & alioque proceribus gravi edicto, ne quis cum violaret. Anno post cognitus de Leone Romam venerat rex. Cum igitur ad cognoscendam causam confedisset: qui in Pontificem maximum manus injecerant, alienis criminibus audaciam, fuge sequentes, ultro eum accusabant, Carolus questor, Leo idem & accusator, & reus. Conjuratores utrumque & accusatores, & rei. Francus dici, reticere, perorari jubebat: hætenus silentium actum. Cum vero ad rogandas sententias descendit rex, tunc demum patienti, silentiumque ruptum, ac omnis simulatio deposita. Episcopi magis sacrorandæ potestatis,

statis, quam Regiæ majestatis memores, consentienti ore reclamaver, summum, optimiunq; regem esse Carolum: sed eum tam tandem de Pontifice maximo iudicium facere fas esse fuisse? Leo in gremium causam suam: quippe in cæteros clavium jus haberet, de se quoque ipse incorruptè iudicaret: solo numine, vel teste conscientia, vel vindice. Ita Leo, haud magrè ferente Franco, demptum sibi grave onus de Pontifice maximo iudicandi, suggestum confendit, crimenque jurjurando diluit: moxque sententia sua absolutus, cum fraudis capitalis conjuratores reagerentur, intercessit, fatigique habuit exitum intendi. Odiosissimum salutis annus agebatur, & rem divinam natali Domini Leo in æde D. Petri faciens, ingenti assensu procerum, Carolum Augustum appellatum, infusus, ac cæteris imperii insignibus exornavit. Roma, & cætera Italæ urbes incredibili læticia afficiebantur, quadringentesimo duodecesimo circiter anno, quam insignia Imperii Romani in Thraciam delata fuerant, velut postliminio revertit, summeque nominis dandi jus in Italiam revocatum. Emil. lib. 2.

PELAGIUS Romanus Pontifex, de morte Vigilii Pp. infimulatus, publice crucem, & codicem Evangeliorum tenens in manibus, testatus est suam innocentiam. Sig. de Blond. l. 7. Decad. Sophia, Polonorum regis uxor de stupro accusata, se suo infusus, & septem honestarum, & nobilium feminarum jurjurandopurgavit. Cromerus l. 19.

PROVOCATIO AD TRIBUNAL COELESTE.

Petantur nonnulla ex loco de Appellatione, ubi plura bus rei exempla in medium adducuntur.

SIDONIUS Episcopus Avernensis, presbyterum, qui falsis criminatibus sibi potestatem Ecclesiæ eriperat, post mortem in somnis pinceræ ejus apprensus, ante tribunal Dei comparere miraculosè coegit. Siquidem presbyter ille factus episcopus, auditò pinceræ somnio, timore, & horrore correptus, paulò post mortuus est.

Cum tempore Henrici IV. Imper. Romanorum, Meginherus Herveldensis antistes, & Burcardus Halberstadensis Episcopus, ob decimas decerant: invicem ad tribunal Christi supremi prætoris provocantes, ambo die dicto subita morte absumpti sunt. Avent. l. 4. An. Bojor. A. D.

GUALTERIUS Burgenis, minister Turonæ, cum invitatus præful Pictaviensis crearetur, venit in litem per jure Ecclesiæ suæ cum præful Burdegalsi: qui paulò post Pontifex creatus, nomine Clementis V. hunc adversarium suum præfulatū deiecit. Gualterius cum hæc injuriam æquo animo tulisset, moriens humilissimè chirographum falsopago imponi iussit: Ad justum Dei iudicium appello. Volat. l. 21. Auth.

Britanniæ ducem, cum diu sobole caruisset, vorum vivisse ferunt, liberos si haberet, priores duos, alterum Minorum, alterum Prædicatorum religioni consecraturum. Exin voti compotem, primum qui sibi natus est Franciscum appellavit, secundum Dominicum. Natus est ei, & tertius Filius, quem in Angliam nutriendum misit. Is, cum mortuo patre in Britanniam, Franciscò regnante, rediisset, ab eo captus, & in carcere necatus est. Fama est, eum, cum neci traderet, Impietatem fratris accusando, qui non contentus regnum occupasse, animam quoque sibi eriperet, Franciscum coram divino iudicio de patricio responsum infra annum citasse. Intra quod tempus Franciscus hydropis laborans obiit. Dominicus ei successit. Qui cum sine liberis discessisset, Artrum Franco-rum militiæ principem, patrum suum, successorem habuit. An. Sylv. l. 43. Europa.

MERCVERO Paderburnenfis Episcopus, Henricum II. Imperator in Italiam secutus, Cluniaevum veniens, inde fratres XIII. educit, cum pondere panis, & vini, cum libris, ac rebus ad observantiam necessariis, ac Paderbunam introduxit, abique monasterium instituit. Eructe prædium ab Imperatore impetravit pro ecclesiâ. Abbatem Corbeje, reformationi repugnante, Valonem, deponi curavit. Pro qua re, cum in eum locum devotionis gratia declinasset, velletque sacrum peragere, sacrificia sacras illi vestes subdidit: iterum iterumque monitus, tradere recusat. Tum Episcopus, Reddes (inquit) rationem altissimi, pro omisso hodierno officio, monachus ille floccipendens etiam tunc episcopus: sed apparuit in morte ejus episcopus, quam non frustra esset minatus. Nam nihil ante malis sentiens monachus, in ipsa hora mortis episcopi expiravit, an. Christi 1036. Crantz. Metropol. l. 4. c. 4. L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

Apud Vestogothos Joannes Tufson pater Turonis Jenson equitis aurati, & supremi iudicis, quendam capite plecti iussit. Is genibus innixus, En mortui in iustè, inquit, teque voco hac hora ante tribunal Dei, ut respondeas, cur me innocentem morti condemnas. Vix autem miser ille carnis facis manu obrunctus fuerat, cum etiam Judex de equo corruit exanimis. Olaus lib. 14. c. 20.

Cum Genuensium trirèmes adversus piratas instructæ, biremem Catalanam cepissent, extra Drepanum urbem in Catalanorum, atque Sicilia insulæ contemptum: Genuenses biremis Rectorem furcis noctu appenderunt. At cum miser inique se id pati à Genuensibus quereret, cum nunquam eos violasset, postquam perpexit frustra à se ea dici apud eos, qui plus odio gentis, quam hominis causa moverentur: pro iniuria ad Deum appellavit, citato patrono Genuensium eo, penes quem gravior mortis suæ culpa videbatur, ut intra sextum mensem coram Deo compareret. Intra quod tempus is, quem citaverat, mortuus est. Fulg. l. 1. c. 6.

Cum ad Tarentum è castris maleficum, seditionis quem Militem ad supplicium duci Consalvus Magnus iussisset: illeque multum relictus se iniquissimè damnari vociferaretur, & proinde Consalvum ad dicendam causam ad Dei Max. tribunal magna voce citaret. Vade, inquit, Consalvus, festinæque confisus optimo iudici, & causam instrue: nam ibi pro me aderit, qui opportune respondeat Alfonso, qui nuper è Serra Verme-gia in cœlum contendit. Tum enim Consalvo nunciatum fuerat, fratrem à Mauris circumventum, dignam forti, pioque duce mortem appetisse. Jovius in Consalvo.

SACRIFICII, SACRORUM SYMBOLORUM DIVINATIO.

ANDRONICUS Imp. Constantinopolitanus, cum celestis pane percepto, ad calicem pretiosi, & vivifici sanguinis bibendum accederet: manibus tanquam ad poculum prendendum extensis, & vultu ad tristitiam composito, per veneranda mysteria, serè omnibus iis affantibus, & audientibus, qui in facto adyto erant, juravit: Se non alia de causa Imperium accepisse, nisi ut Alexium Comnenum Imperatorem, & confobrinum juvaret, ejusque potentiam stabiliret. Nicetas.

In Germania Erkenbaldus Brabantæ Dux, cum æger sacram peteret communionem, & interrogatus, Si eum manifeste eadisdem, quæ in nepotem perpetrata erant, poeniteret? ille quia iustè putaret, poenitere negavit, Episcopus cum sacra hostia ad templum revertebatur. Nec dum verò ad templi valvas pervenerat, cum ab agro roboratus, rogatus est, ut tabernaculum, in quo hostiam ipsam ferebat, recluderet. Ubi cum non inveniret hostiam, æger in ore se eam habere ostendit. Fulg. l. 1. c. 6.

LOTHARIUS Lotharingæ rex, Imper. Ludovici II. frater, infano Valdradæ concubine olim suæ incensus amore, cum Thietberga uxore divortium facere gestiens, Guntharicum Coloniensem, & Thietgandum Trevirensis Archiepiscopus promissis pluribus oneratos, ut sibi obsequerentur, induxit. Conventu Metis an. 863. coacto, Thietberga deinceps cum fratre commisso postulata, testibus subornatis revincitur, & non solum à thoro legitimo separatur, sed etiam omnis ei maritalis conjunctio inhiibetur. Sequenti verò, alter ex composito Aquis conventus cogitur. Ibi Lotharius scè concubitu continere, & sine uxore favientem vigentis ætatis sustinere non posse, professus est. Decretum proinde illam iustum uxorem non fuisse, quæ publico incestu damnata iudicio esset: ipsum Lotharium aliam ritè uxorem ducere posse. Lotharius statim Valdradam sibi matrimonio copulavit. Hæc confessum ad Nicolaum Pontificem Thietbergæ fratres derulerunt, ejusque sibi, ac forori in causa, quæ summam religionis attingeret, poposcerunt. Arsenius legatus in Francia Lotharium indictò anathemate perpulit, ut nuncium Valdradæ remitteret, & Thietbergam veterem in matrimonii societatem reciperet, seque dum vita superesset, iustæ conjugis loco habitum juraret. Inde Valdradæ imperavit, ut Romam ad reddendam sui rationem contenderet. Eorum neutrum est observatum. Lotharius, profecto ex Francia Arsenio, Valdradæ instinctu iterum Thietbergam ream adulterii fecit, seque id crimen singulari certamine, comparatis ab utraque parte, quosilli Capiones vocabant, propugnatoribus probaturum ostendit. Thietberga cæteris prædiis destituta, ad Carolum Calvum, regem Franciæ, Lotharii patrum sese contulit. Sexennio post Lotharius Romam venit, magna procerum suorum cætera stipatus ibi rogatus ab Hadriano II. num diligenter omnia Pontificis

Nicolai praeceptoris sui praecipua, ac conceptum iurandum servasset, respondit, se omnia sanctissime custodisse: idque proceres omnes ejus, qui aderant, suo testimonio confirmant. Tum Hadrianus, Reliquum est igitur, inquit, ut ad confessionem S. Petri accedat, & salutaris hostiae, quam pro corporis, & animae tuae salute immolabimus, partem nobiscum fumat, ac per hanc membris Christi jungaris, unde abscessus videbaris. Quod Lotharius summo studio dixit se facturum. Tum Pontifex ad rem divinam faciendam progressus est. Qua perfecta, corpus Domini in manus sumplit, & in Lotharium versus, Age, Lothari, inquit, si te expertem interdixi à Nicolao adulterij sentis, ac sincera fide te in posterum à Valdrada concubitu temperaturum promittis, sacramentum salutis aeternae ad remissionem peccatorum tuorum profuturum accipe. Sin minus, cave, ne ad intercessionem animae tuae suscipias. Ille verò cæcus sine dubitatione suscepit. Tum singulis procedibus ejus accessididem obtulit, dicens: Si regi Lothario in obiecto adulterij crimine non fuisset, & Valdrada piorem communiōne privata colloquium refugisset, corpus, & sanguis Domini nostri profuit tibi vitam aeternam. Hujus verò tanti, ac tam manifesti flagitij maturas Deum penas expectit. Siquidem

B Lotharius domum rediens, cum Lucæ morbo esset oppressus, demum Placentia 8. Idus Augusti mortem oppetit: & reliqui penè omnes ea sceleris tabe contacti, ante anni exitum variis catibus perierunt. *Sign. lib. 5. regni. Ital. ex Sigeberto. an. 870.*

GREGORIUS VII. Pontifex, cum simonia argueretur, coram omnibus inter missarum solemniam se purgaturus, inquit: Ne humano potius, quam divino niti videar testimonio, ut satisfactionis compendio omnem omnibus scandalij serupulum de medio auferam, ecce corpus Dominicum, quod sumpturus sum, in experimentum mihi hodie fiet innocentiae meae, ut omnipotens Deus suo me hodie judicio, vel absolvat objecti criminis suspitione, si innocens sum, vel subitanea intrinat morte, si reus. *Schaffnaburgensis.*

In synodo Moguntina sub Henrico III. Imp. Spirensis Episcopus Sibico, cui adulterij crimen imponebatur, examinatione sacrificij purgatus est. *Crantz. l. 4. Sax. c. 43. Chron. Hirsungense Sibecheonem vocat.*

Cum Latini Alexio Mutzipho imperium Constantinopolitanum cepissent, & quatuor Imperij candidati, Bonifacius Marchio Montis terrati, Balduinus Flandriae comes, Ericus C. S. Pauli comes, & Ericus Dandulus, Venetorum dux, in eadem SS. Apostolorum convenissent: pro numero candidatorum quatuor calices ordine collocare instituerunt, quorum unus incruentā victimam contineret, cæteris vacuis eosque tradere totidem sacerdotibus, ut ad cuiusque principis nomen unum tollerent, & cis redderent. Imperium verò penes cum futurum erat, qui cum calice accepisset, in quo divinum corpus, & sanguis Christi esset. Inde cum Veneto duce Dandulo designationem suffragiis committere visum esset, ex Francis, & Longobarbis 5. optimatibus, & ex Venetis totidem iudicibus, lectis plurium suffragiis, Imperij decus Balduino Flandriae comiti obtigit dolo, & solertia Danduli. Qui cum ob cæcitate numero candidatorum excluderetur, imperium penes cum esse voluit, cuius privatus principatus quàm remotissimus esset à ditone Venetorum, nisi qua controversia cum illo incidisset, plures copias ex suo territorio accerere, aut Venetos fines commode invadere, aut incurtionibus vexare posset. Bonifacium itaque Marchionem repulit, prelato illi Balduino. *Nicias.*

D LIBRORUM, SCRIPTORUM SACRO- RUM DIVINATIO, INSPECTIO.
Sortes Sacrae.

Sortes per se vaticinia non sunt, neque de re propostia per se aliquid enuntiant: sed per accidens tantum, nimirum ex voluntate, & institutione hominum, quibus sacra scripta, sacrosae voces consulere placet, & ex iis tanquam oraculis, seu potius omnibus futurum eventum investigare. Sumuntur autem ex scriptis sacris, & fatidicis per epilogismum quaedam: ut patet. Haec vox à fatidico de hac pronuntiat fuit: ergo si sorte iterum vel scripta legatur, vel audiat, simile eventum denuntiat. Voce autem Sacra scripta, proprie Libri: ut quae Testamenti in vera religione. Quibus ex opinione hominum superstitiosorum simul, & impiorum responderunt apud ethnicos scripta Poetarum. Cæterum de his paulo post sub Sortium nomine agetur. At de illis (quae aliquando subiectionem speles, non viderentur improbanda) ratione

usus, à præcepto sacrarum literarum alieni, ex aquo superstitiosi, & periculosi, se scribit Iud. 14. Erymologici: *Ex xoparaia, sortilegium. Sunt autem sortilegi, qui sub nomine scilicet religionis per quasdam quas SS. seu Apostolorum vocant sortes, divinationis scientiam profiterentur: aut quarcunquae scripturarum inspectione futura pronuntiant.*

DAUGUSTINUS dubitavit admodum uxori suam vitam, an sacrum coelibatum, quem ei amaret, & Alipus iunctuadebant, sequeretur: tristitia plenus ab Alipio se proripit, & sub quadam fici arbore in terram se proicit. Ibi dimisit habenas lactyris, & proruperunt flumina oculorum in hanc sententiam multa dicens: & tu domine usquequò? usquequò domine irascetis in finem? Ne memor fueris iniquitatum nostrarum antiquarum. Sentiebat enim se aestu libidinistenci, & iactabat voces miserabiles. Et ecce audit vocem puerilem de vicina domo, cum cantu dicens, & crebro repetens, Tolle lege, tolle lege: Statim mutato vultu cogitare coepit, utrumne soleret pueri in aliquo genere ludendi cantare tale aliquid: nec occurrere omnino audivisse se uspiam. Represso igitur impetu lachrymarum furxit, quasi divinitus jubere aperire codicem, & legere, quod primum caput invenisset. Itaque redit ad eum locum, ubi sedebat Alipius: ibi enim posuerat codicem Apostoli, cum inde furrexerat. Arripit, aperit, & legit in silentio capitulum, quod primum obvenit, ad Rom. 13. Non in celsationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitis, non in contentione, & emulatione: sed in iudicio domini Jesum Christum, & carnis providentiam ne feceritis in concupiscentiis. Et statim cum sine huiusce sententiae quasi luce feceritis infusa cordi ejus, omnes dubitationis tenebrae diffugerunt. Tum interitico ait digito, aut quo alio signo, codicem clausit, tranquillo jam vultu indicavit Alipio. At ille petit videre, quid legisset, & quid sequeretur. Sequabatur verò, Insitrum autem in fide assumite. Quod ille ad se revertit, & Aug. aperuit. *Aug. l. 9. Conf. ult.*

CHRANNUS, Clotharii Francorum regis F. cum innumeris malis Dei Ecclesiam, eiusque ministros afficeret, & parentem, fratresque intestino bello persequeretur, die Dominico in Divionense Galliarum religionis ergo venit. Episcopo autem, & aliis fœditioribus sacra ibi peragentibus, precibus à Deo futuram Chranii fortunam sibi revelari petierunt. Praemissis igitur jejunij, & orationibus, tribus deinde libris aræ impositis, Prophetarum nimirum, Apostolorum, & Evangeliorum, quod cuique libro apertum statim vice obviam veniret, id vaticinii præfagii loco recitare iusserunt. Aperto itaque primo omnium Prophetarum libro, repererunt eam Prophetae sententiam: Auferam maceriem ejus, & erit in desolationem. Apostolorum libri aperti responderunt, Domini deum ceti furem noctu irruentem advenerunt, cum dicerent, Pax, & securitas, & Evangeliorum verò oracula docuerunt, Virum istum, qui Christi verba non audit, simile esse viro stulto, adficianti domum super arenam, quæ mox pluvius, & tempestatibus exortis, cum gravissima ruina collabatur. Post hæc, cum patrum insequentem fugeret, cum uxore, & filiabus, venit in Britanniam; Clotharius autem mox filium armata manu eo persequitur. Coepit igitur in agro Britannico utrimque congressis, pugnam committit. Clotharius, fusis ad Deum precibus, suamque testatur hæc in causa innocentiam justum Dei contra sedulo sum filium implorat auxilium. Prelio commisso. Chranii, & Britannorum copia fugam cepisset. Chranus verò cum uxore, & filiis liberare tentaret, à patris exercitu comprehensus, cum uxore, & filiabus rusticio turguriolo includitur, & incensa casula igne exuritur. *Greg. Turonensis. l. 4. Hist. c. 16. l. 20.*

HERACLITUS Imp. rebus in Perside feliciter confectis, de h. H. bernis delibetans. triduo exercitum iustravit, aperitque postea involatis Dei Evangelis, invenit sibi mandari, ut in Albania hylaret. *Cedrenus.*

ANDRONICO SENIORI Imp. aperto Pfalterio dubitationum suarum explicatione quaerenti, statim oblatus est versus primus: Dum discernit caelestis Reges super eam, nive dealbabanur in Selmon. Unde cum intellexisset, omnia, quæ in illa perturbatione fierent, à Deo decreta esse, Andronicum nepotem statim ad reconciliationem, & pacta priora provocavit, pacemque spectavit. *Greg. lib. 8.*

Lanfranci in Cadomeni cenobio auditor Gundalphus, cum condicpuli ludendo dicerent, Experiamur revolutione soliorum (librum Evangeliorum forte in manibus habebant) quis nostrum futurum sit episcopus, quis abbas, & c. Gundalphus invenit locum, Fidelis servus, & prudens, quem Dominus constituit super familiam suam. Valeret verò, Serve bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Tertio autem in minus gratum locum incidente, exortus est cachimus. Cujus causam ubi Lan-

francus, Cantuariensis postea episcopus factus cognovit, **A** Gundalphum episcopum. Walterum Abbatem, tertium verò, fordidæ artis hominem futurum prædixit. Cui interpretationi paulo post respondit eorum. *Ranalphus lib. 7. cap. 6. Polychronici.*

Cum quidam amicus Hier. Cardanum Mediolanensem medicum rogaret, si quid secreti haberet ad urinam retentam, id ut sibi communicaret: anxius quid ageret, Deo se commendavit. Et aperto sacro libro hæc verborum series ex Hieremia occurrit: Hæc dicit Dominus, sic dices ad eum: Ecce quos ædificavi, ego destruo, & quos plantavi, ego excello, & universam terram hanc. Et tu quærri tibi grandia? noli quærere, quia ego adducam malum super omnem terram, ait Dominus: & dabo tibianimum tuam in salutem in omnibus locis, ad quæcumque pertereris. Multa talia ad amicum occurserunt quaerenti. Ob id igitur exterræfactus, cum calamum sumpserit, ut ad illum scriberet, desit. Ac æger tertio die mortuus est. Ad quem si accessisset, maxima cum infamia secretum palam factum esset. *Card. de Rer. var. l. 14. c. 68.*

B VERBORUM SACRORUM AUDITIO DIVINA.

CLODOVEUS Francorum rex contra Alaricum Vestgothorum regem Ariam movens, cum per agrum Turonensem iter faceret, missos aliquot suorum ad D. Martinum sanum, atrendere iussit, num auspiciam aliquid victoriæ cererent, ac datis numeribus, quo offerret, dixit: Si tibi, Domine, cordi est, ut ego hanc gentem impiam, & nomini tuo inimicam ulciscar, fac, ut signum aliquid tuc eluceat voluntatis. Nuncios verò, qui misierant Basilicam inuentes, primicerium intonantem hanc antiphonam audierunt: Præcinxilii me, Domine, virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subtus me, & inimicorum meorum mihi dedisti dorsum, & odientes me disperdidisti, idque per solutis donis, regi ipsi renunciarunt. Cum autem lætus ille propterea, motis castris, ad Digennam amnem pervenisset, ac flumini, magno forte effluo imbre tumescenti, exercitum abicere pertemisset, per noctem supplex Deum oravit, ut vadum sibi ad traieciendum illum ostenderet, ac postmodum eorum transiret. Castris inde ad Pictavorum oppidum positus, pharum igneam sibi vidit visum esse ad se basilica S. Hilarii venientem: ex qua intellexit, se lumine S. Hilarii hereticorum acies, quae illi verbo didicerat, dissipatorem armis quam obrem, ne quid inde à milite repererit, edixit. Acies inde in campo Vodiadensi, decem ab urbe millibus passuum utrimque instruxit, strenue concurrerunt, & post duobus aliquot horarum pugnam, tandem Gothis in fugam convulsis, Franci superiores fuerunt. Inter cæteros, quos prælii impetus percussit, ipse Alaricus rex occidit. Amalaricus Alarici filius puer, rebus Galliae deploratis, in Hispaniam se proripuit. Gothi, Gifalrico, sive Gifaleuco Alarici notho sublecto, ad regni defensionem se contulerunt. Theodorici Clodovei filius iussu patris ad urbes Gothicas expugnandas profectus, Tholosam regni caput, subitò in ditonem cum omnibus regis thesauris adduxit. *Sig. lib. 16. Imp. occid.*

B. ANTONIUS monachorum pater, ex evangelica lectione, cui forte supervenerat, admonitus fuit, tanquam sibi diceret, quod legebat: Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelis: & veni, sequere me. **D** Et tali oraculo confestim ad Deum conversus est. *Aug. lib. 8. Confessionum c. 17.*

S. FRANCISCUS Minorum pater, & Institutor, cum illud ex Evangelio audivisset, nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, neque duas tunicas, neque calcemate: eam regulam servare proposuit. Inque detractis calcis, & unica contentus tunicis, adfectis duodecim foetis ordinum Minorum instituit. *Breviar. Romanum 4. Oblib.*

ROMANUS DIOGENES Imp. contra Azanem Sultanum succiperat expeditionem. Byennius dux, hostium multitudine pressus ab Imperatore subsidium petit. Imperator hostium potentiam ignorans, Byennii formidinem reprehendit. Tum verò sacerdos Evangelium forte legebat, ac casu hæc verba dicebat: Si me persequuti fuerint, persequentur & vos. Simul emisit magistrum Nicephorum Basilicium cum parte militum: qui ab hostibus vivus captus est, neque ita diu post Imp. ipse in Azanis potestatem vivus venit. *Culp. A. D.*

PETRUS BEMBUS Venetus, post prima studia animam ad Remp. suavi amicum addecerat. Sed cum invita Minerva id faceret, Deum rogavit, ut sibi vite genus conveniens offer-

deret. Itaque cum eo die sacris interesset, & in Evangelio, quod extra ordinem tunc legebatur, hæc verba audivisset, Petre, scio quære me: tanquam oraculo accepto, Christum vivit volens, Curiam Romanam relicta Republica sequi coepit, donec ad Cardinalatum ascendit: vir in Latina, & Hætrusca lingua aliqui maximus. *Garinb. in vitis Pontificum.*

VERBORUM SACRORUM RECITATIO, PRONUNCIATIO DIVINA.

DEUTERIUS Ariariorum Episcopus, cum Barbam quandam sacro fonte inficeret, ac ritu Ariariorum diceret: In nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto, repente aqua ipsa exaruit. Quare Barbas exanimatus fugam arripuit, ac miram speciem oculis ostentatam, obvius omnibus declaravit, an. 510. *Sig. l. 16. Imp. Occid.*

HILDEBRANDUS in Franciam à Victore II. Pp. legatus, graves adversus Simoniacos, & Nicolaitas anno 1055. exercuit quaestiones: cumque sex Episcopos horum criminum manifestos damnasset, Ebronensem Archiepiscopum simonia reum impudenter inficiantem, quem testibus coarguere non poterat, arte convicit: quemadmodum eum sibi narrafit Petrus Damiani memorie prodidit. Etenim in conspectu multorum: **F** Agedum, inquit, quando te infontem hujus criminis iactas, ad nosam expiandam pronuncia, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Tum Episcopus ratus se eo dicto gravioris periculi iudicium omne declinaturum, pronunciate instituit, ac Gloria Patri, & Filio dixit: Spiritui sancto, quamquam sæpe conatus expedire non potuit. Creditumque est, quia in nudinatione sacrorum læditur Spiritus sanctus, ut ejus culpa partem dicere nequiverit. Siquidem posteaquam peccatum suum confessus est, sine ulla cunctatione pronuncjavit. *Sign. lib. 8. Regn. Ital. ex Martini Chron.*

MIRACULORUM DIVINATIO.
Miraculorum editione confirmate, vel recellere aliquid.

Ex sequenti Titulo Divinationis per Ignem, & Aquam: exempla quadam buc transferri possunt. De Miraculis Mortuorum suo loco.

E X E M P L A E T H N I C A . **G**

Virginis **Æmilie** discipulam extincto igne, tutam ab omni reprehensione, Vestæ numen præstitit: qua adorante, cum carbatus, quam optatam habebat, focolo imposuisset, subitò ignis emicuit. *Val. 1. cap. 1.*

CLAUDIA virgo Vestalis, ut auctor est Hieronymus, cum in stupri suspitione venisset, & simulacrum Idæe matris ex Pessinunte adductum in vado Tyberis hæretet: ad comprobendam suam pudicitiam cingulo navem pertraxit. *Liv. lib. 9. Decad. 2.*

Tutia virgo Vestalis incesti criminis rea, spem salutis ancipiti argumento petere ausa est. Atrepto enim cribro: Vestæ, inquit, si facris tuis castas semper admovi manus, effice, ut hoc hauriam ex Tyberis aquam, & in eadem tuam perferam. Audacter, & temere iactatis votis, sacerdoti rerum ipsa natura cessit. *Val. Max. lib. 8. cap. 1.*

C H R I S T I A N A .

THEODOSTIUS Imp. suspectum habens falsi criminis Joan. Damascenum monachum, quod Peris, apud quos captivus fuerat, proderet imperii arcana: abscissa manu eum multavit. **H** At ea B. Virginis ope palam restituta est, ut ante erat, licet Ecclesie valvis per multos dies affixa fuisset. *Fulg. l. 1. c. 6.*

HELENA AUGUSTA Hierosolymam profecta, sano Veneris disturbato, & terra, quæ sepulchro Domini superjecta fuerat, diligenter egesta, 5. Non. Maii sepulchrum cum tribus non longe jacentibus crucibus, clavisque, quibus cruci affixus fuit Christus, & titulo, qui cruci superpositus fuerat, oculis se pietorum objecti. In maxima omnium gratulatione, quòd tantus thesaurus tanta felicitate esset inventus, illa subitò hesitata ingentem animis curam, ac prope mortuum intulit, quòd ex tribus crucibus, quæ latronum, & quæque Christi corpus sustinuerat, incerti animo fluctuabant. Nam titulus, qui omnem erroris caliginem eripere potuisset, ab ipsa, cui hæserat, cruce erat avullus. Macarius urbis Episcopus, mulierem summo loco natam, quam gravi diu morbo consistatam fuisse liquebat, adveni, ac singulis crucibus admovet præcepit. Multet ubi Cruce Domini, quæ tertio loco sita erat locis, tegit, repente plaudentibus omnibus fanaticem recuperavit. Inde, ut inquit **Sozomenus**, sanctus Sepulchri, & sanctus Paulinus vit ciam

etiam modo vita functus, adfectus, sique tactu subito vitæ
A est pristinæ restitutus. Veritate, quod satis esset, explorata,
Helena Crucem Domini dividit, ac parte una Episcopo conser-
vanda relicta, alteram sibi sumpsit: ac confestim Constantium
de re tota, missis literis nuntiisque commonefecit. Sigonius
l. 7. Imp. Occid. ex Nicephori lib. 8. cap. 29.

In Calcedonenſi Concilio ad fidei veritatem ad verſus Euty-
chianos explorandam, Patres formulam fidei utriusque in
libellis duobus conſcripſerunt, eosque ad pedes Euphemii mar-
tyris clauſos depoſuere: & nocte tota in precibus conſumpta
dylculo utriusque partis principes adſuere, & monumenti
operculo remoto, orthodoxorum libellum martyris manibus
tenaciter apprehenſum conſpexerunt: Eutythis verò temere ad
pedes proiectum jacere. Niceph. l. 17. c. 5.

Post D. Hieronymi obitum, hæreſiarcha quidam Sabinius
opulſus auctoritatem, à Hieronymo editam aſſeverabat.
Eum autem falſitatis palam arguens Sylvanus Episcopus Na-
zarenſis, propoſuit conditionem, ut ſi librum illum die cra-
ſtino ipſe Hieronymum oſtento manifeſto reprobafſet, tum fe
penam capitalem ſubiturum: ſi è contra, idem ſupplicii pro
B mendacio Sabinius referret. Qui cum tale miraculum nun-
quam eventurum timeret, ſed magis ſperaret Sylvani exitio
ſuam ſententiam firmam fore, accepit conditionem. Dies præ-
ſtituta venit, ad Eccleſiam Hieroſolyms frequentes conveni-
unt, ſignum nullum apparet Sylvanus ex pacto ad ſupplicium
poſcitur, præbet cervicem, mori pro veritate paratus. Sed præ-
ſtito illi fuit Hieronymus, cuiusque cernentibus tenuit ſpicula-
toris manum jam ad feriendum erectam. Mox ad hæreticum
converſus, acerime illum increpuit, doli, & fallaciae accu-
ſans. Abiit viſio, & majus ſecutum eſt miraculum, Sabiniani
caput nemine percutiente ab humeris avuſum in terram
procidit. Denique qui aderant orthodoxi, pro victoria quam
paulo ante deſperaverant, Deo gratias egerunt. Reliqui ad
Sylvanum conſurgentes, illius fidei ſeſe dediderunt. Marul.
l. 2. c. 11. & Sabellic. l. 5. c. 4. Cyrillus. Coram ſe Hieroſoly-
ms acta ſcribit.

BASILIDUS Episcopus verè columna ignis (ut euidam viſum
fuit) calore aſtuans charitatis non eſt veritus. Valentem Imp.
increpare, quòd Eccleſiam quandam, quæ Chriſtianorum juris
erat, tradiſſet Arianiſ. Capſis jurgis eò deducta res eſt, ut
C fidei periculum faceret. Clauſentem Eccleſiæ fores, decer-
nentes, ut ad quorum precationem per ſe, pateſcerent, illis cede-
ret ejus poſſeſſio. Ariani dies tres perpetuis ſupplicationibus in
caſum orarunt. Baſilius verò poſtquam precatus eſt, levi ba-
cillo portas tetigit dicens, Attollite portas, principes, veſtras,
& clevamine porte æternales, & introibit Rex gloriæ: & ſtatim,
ac ſi vocem jubentis ſenſu auriis, quas non habebant, perce-
piſſent, ſic obſcure paterunt. Ideo nemo nemine reſta-
gante, Eccleſia adjudicata Chriſtianiſ, & perſique etiam Ari-
anorum relicta hæreſi fidelibus ſeſe junxere: quòd ſolis illis aper-
tum eſſe coeli aditum dicerent, ad quorum invocationem ſic
aperiri Eccleſiæ aditum viderant. Marul. l. 2. c. 11. Sab. l. 5. c. 4.
hoc Eufebio Episcopo tribuit.

Niceph. l. 15. cap. 13. narrat Archiſynagogum Judæorum
quendam Conſtantinopoli cum pueris duobus, in tumultu
conſitato ſub Leone Imperatore, perinde atque iſ auctor
ipſius eſſet, comprehenſum, & crudeliter à viro conſulari ex-
cruciatum, inter tormenta varia vociferatum fuiſſe: O Deus S.
Sergii adjuva me, ſancſe Sergii, tu noſtri. Judices fingere hæc
D Judæum ſupſpicari, ad ignem eum condemnarunt: ſed in me-
dia flamma equites duo candidis induti ſtollis apparentes, horis
multis illum ab igne intædum conſervarunt. Multitudo poſtre-
mo in flammam inſiliens, hominem inde eripuit.

WISSTANUS Vigornienſis Episcopus literarum planè rudis,
cum à Lanſtano Cantuarienſi Archiepiscopo, ob iſcitiam
removendus indicaretur, ſe inſignia Episcopatus ei cujus bene-
ficio accepſſet, reddendum reſpondens, profectus eſt ad ſepul-
chrum Edovardi, & exuto inſigni veſtibus, baculum pasto-
ralem tam alte monumento lapideo infixit, ut nulla inde vi ex-
trahipofſet. Quo miraculo Guillelmus Conquerſtor, & Lan-
ſtancus territi, ut ſuo libere deinceps fungeretur honore, ob-
nixè rogantur. Polſa. lib. 9.

D. BERNARDUS, ubi de diſſipato exercitu, qui crucem ac-
cepſerat, rumor in Gallias perveniſſet, allatus ad ipſum eſt cæ-
cus, & rogatus à patre, ut illi opem ferret. Ubi igitur oraſſet,
manum cæco imponit, addens hæc verba: Si verbum prædica-
tionis ſuæ de cruce accipienda, exiſſiſſet à Domino, ut in
illuminatione iſtius cæci id innoceret. Et protinus puer dixit
ſe videre. Auctor vitæ cap. 4.

D. STANISLAUS Episcopus Cracoviensis, ob reprehensam
tyrannidem in Boleslai II. Poloniae regis odium incurrit. Qui E
ipſi pagum, quem à Petrico equite Polono emerat, & perſol-
verat, perſuſit Petrici liberis, quafi modum ſatiſceſſiſſet pro
eo, eriperè conabatur. Coactus hæc injuria Stanislaus, cum
ob metum regis nemo ſibi teſtimonium ferre audeat, tridui
dilatione à rege impertrata, Petravim, ubi conditus erat Pe-
tricus, contendit, Deique opem implorata, detectum Petrici
cadaver putre, pedo Episcopali tangit, idque in ſacroſanctæ
Trinitatis nomine furgere jubet. Nec mora atrollit ille ſeſe
quafi è ſomno expergefactus, & à Stanislao per manum dedu-
ctus ad tribunal regium ſiſtitur. Ibi Petricus vendidit ſe pa-
gum, & precium omne accepſſe fateatur. Regem, ac deinde
propinuos, quòd in juſte innocenti, & ſancto Episcopo nego-
tium faceſſant, liberè objurgat. Ita invito rege vicat caulam
Stanislaus. Savius Tom. 2. die 8. Maii.

Quidam parum ſecundæ famæ juvenis, accuſavit Bonifacium
presbyterum Auguſtini, quòd ab eo de ſtupro fuiſſet interpe-
latus. Cum reſpondens argumens nec conſtitur, nec reſelli
poſſet, juſtus eſt utereque ire ad ſepulchrum Felicis martyris, ut
miraculo judicii tranſigeretur. D. Aug. epiſt. 137.

Juvenis Atrebatenſis clericus, cum domi ſuæ hominem oc-
F cididit, una cum ſorore cum ſepelivit. Re detecta, ad ſupplicium
ducebantur, ut ambo vivi cremarentur. Conſentienti,
Chriſtiano moro fateri crimina ſua, & à Deo veniam petere
nolebant. Soror, quæ innocens ejus criminis erat, cum jam
ſupplicium inſtaret, & divinitus monita luſtrare animam con-
ſeſſione decreviſſet, ſtrati, ut idem faceret, ſuadebat: ſed fruſtra.
Succenſa pyra, clericus ſolus, incolui, atque omni ex parte
illata ſorore, cambuſtus eſt. Fulg. l. 8. c. 1.

D. HIERONYMUS teſtatur, Vercellis marimum fuiſſe, qui in-
nocentem uxorem adverſarii team fecerat. Quæ conſtanter
crimen negans, in carcere tamen afferata eſt, præcipue, cum
tortus juvenis, de ſtupro ſuſpectus, ſeſe noxium fateretur.
Quare damnato à judicibus juvene, fceminaque, ut capite
plecteretur: ductus in publicum juvenis, ſtatim primo illa-
to vulnere interfecit eſt. Cum verò ad fceminam ventum
eſſet omnes conatus carnicifis irriti fuerunt. Poſtremo verò vul-
nere affecta, cum mortua crederetur, cadaverque juſt eſſeſer-
retur, viva donum deducta eſt: curatoque brevi vulnere,
pudicitia, innocentiaque ſua argumentum exhibuit. Egnatius,
& Fulg. lib. 8. cap. 4.

Miles quidam argenteam patinam à D. Ladislao Ungarorum G
rege, ſuo patri dono datam, apud Virum primarium oppigne-
rarat. Cum pignus peteret, alter impudenter pignus nega-
bat. Prætor patinam D. Ladislai ſepulchro imponi juſſit, ac
illi adjudicari, qui eam impunè loco ſacro accepſſet. Qui
pignus negat, prior nomen perclitatus, neque patinam ca-
pere, neque loco movere potuit. Miles verò eum ſuplex
oraſſet, ut quod patri quondam primipilo dono dediſſet, filio
ratum faceret, patinam accepit impunè. Bonf. lib. 4. Dec. 2.

DIVINATIO EX HOMINIS VITA.

Urbium durationis præſagium Hætrufca diſciplina ſic acci-
piebatur. Obſervabatur Natus eadem die, qua urbs ædificata
eſſet, cum ad perfectam perveniret ætatem, qua fortuna uſu-
rus eſſet. Sic Numa Pompilius XIII. Calendæ Majas ortus, qua
die Roma ædificata eſt, regnavit, atque Roma regina urbium
facta eſt. Quo verò die ille excedit è vita, qui natiuitur è civibus
ſecundum ſæculum explet. Quo moriente, rufus natus ea die,
qua ille moritur, ad perfectam perveniens ætatem, tertium per-
ficat ſæculum urbis: atque ita duodecimum. H

DIVINATIO EX HOMINIS ADVENTU.

Sub Conſtantino Magno Imperatore mortuo Myræ urbis
Episcopo, cum nemo facile reperiretur aptus ad officium, nec
qui ſuſcipere vellet ob gravitatem tanti muneris, præſertim iſto
tempore, quo non ſolum perfectionibus, ſed variis quoque
hæreſibus, & ſectis Eccleſia oppugnabatur: conſtitutum erat
inter Episcopos, & Presbyteros alios, ut quicumque ſequenti
die primus in templum veniret, iſ Episcopus ordinaretur. Et
cum jam ſcduli in oratione fuiſſent Episcopi, etiam cum reli-
quis hominibus piis tota ea nocte, ut Dominus virum pium
in meſtem ſuam extruderet: accidit, ut Nicolaus privatus et-
iam, ignarus hujus conventionis, ſummo manè veniret ad tem-
plum, oraturus cum aliis pro ſuceſſu Eccleſiæ in eligendo
Episcopo. Itaque hæc occasione ipſe ſtatim Episcopus designa-
tus eſt, quanquam ſcdulo reluctaretur.

HENRICO, Comite Necomenſe, Episcopo Baſilienſe anno
A 1274. mortuo, cum in partes diſtraherentur Canonici: tandem
convenerunt, ut ſcribam publicum cum teſtibus aliquot ad
minoritas alegarent, & qui primus ex monarchis ſeſe offerret,
eum pro Episcopo haberent. Itaque Henrico, Iſnenſi patria,
pſtoris F. Theologiæ Rudolphi Imperatoris penitentiaio, ſortem
obſiſſe, Urſpergenſis narat. Chriſtianus Urſiſius
lib. 3. Hiſt. Baſil.

MONOMACHIE DIVINATIO.

Consulatur etiam Titulus de duello, ubi disputatur,
an ejusmodi probatio ſit licita, &
admittenda.

IN GENERALE.

Germani olim in caulis ambiguis, maxime criminibus, quæ
nullo humano teſtimonio comprobati poterant, ad ſummam
Dei majestatem, quæ falli non poteſt, tanquam ad indicem
B humanum reſiſſimum conſuebant. Senatus, populus, atque
ſacerdotes, qui ſingulari certamen, ac aliam hujusmodi proba-
tionem ſpectatum frequentes venerant, interim, ut eſt in
lege Salica, divinam opem implorabant, beneficia memoriter
commemorabant, quæ in ſimili negotio Deus ipſis contuſiſſet,
comprecabantur, ut ipſe in re præſenti innocenti deſſet, victo-
riamque cœlis concederet. Reo eligendi, atque conducendi
quemcumque vellet, copia fiebat. Criminator ipſe pugnarè
cogebatur. Quod tamen jam vetitum eſt, atque ab Eccleſia
inhibuit non modo, ſed & Jure civili climatur: Quippe in
otio civili, & domeſtica quiete erenta ſpectacula ſibi non pla-
cere, teſtatur Imperator I. unica, c. de Gladii.

Cornel. Tacitus lib. de moribus German. ſcribit, Eorundem
inſtitutum fuiſſe, ut ejusgenſ, cum qua bellum gerere inſitu-
erunt, captivum quomodoque interceptum cum electo popu-
larium ſuorum, patriis quæque armis committant. ut victo-
ria hujus, vel illius pro præjudicio accipiantur.

FROTHO III. Danorum rex de qualibet controverſia ferro
decerni ſanxit, ſpecificis viribus, quàm verbis conſigendum
exiſtans. Quod ſi alter dimicantium relato pede circum-
ſcripti orbis grym excederet, perinde ac victus, cauſa detri-
mentum reciperet. Sin autem quavis de re pugilem popularis
impeteret, ipſum armatus exceperet, cubitali duntaxat ſtipite
pugnaturum. Saxo lib. 5.

Apud Moſchos prolata à judicibus, ab ipſo etiam magno
Duce ſententia, ad ſingulari nihilominus certamen provocatio
datur, ut vel ipſi cum adverſario dimicent, vel mercede con-
ductos milites inter ſe committant. Qui duello vicerit, ille etiam
cauſa ſuperior exiſtit. Olaus lib. 1. c. 20.

Longobardi in Italia duelli uſum introducere, ſic ut Agi-
lulſus rex legibus quoque de iſs caverit. Eo ambiguum jus de
poſſeſſionibus, obſecta crimina graviora, quæ vel ſaluti, vel
famæ obſeſſent, decidebantur. Cauſam autem hujus tam bar-
bari moris triplicem aſſerunt. I. Ob legum defectum, quibus
ambigui cauſas reſolverentur; nam cum nec divinis, nec Ro-
manis legibus acquieſcere vellet, tritum illud proponebant.
Si non aſſiciunt jura, veniamus ad arma II. Quoniam à ma-
joribus ſuis in Scandia inſula eum morem receperant, bellif-
ci aſſueſti, in promptu ſemper exiſtentibus armis, ut familia-
riſſimam, & compendioliſſimam æquitas declaranda ratio-
nem amplexari fuerant. III. Ne propter ſimilitates privatas
D paucorum, gentiles trudent inter ſe miſcerent prælia, reme-
dii loco monomachia inter capita contentionis permiſſa
fuerit, ſic tamen, ut qui vel ætate, vel morbo, vel ſexu impedi-
retur, poſſet alium ſuo loco conducere, quem à voce Longo-
bardica, & etiam Germanica Kampſſeb, Itali campionem vo-
cant. Qui ſi ſuccubuiſſet, patronus, cujus nomine pugnaverat,
damnatus intelligebatur, non ſecus ac ſi judicio convictus
fuuiſſet. Certamine à judice decreto, rex ſtatueret tempus,
& locum pugnandi utriusque conſueverat, qui locus Campus
vocabatur, undique tabulis circumſcriptus, quibus aditus
tantum, & non proſpectus aſtantiis, impediabatur, campo-
que cuſtodiendo milites præſentabantur. Arma pugnatui
patria aſſerebant, videntelict gladium, & ſcutum, in ea forma,
qua uti in bello moſerat, & que alia ſerre utriusque tela colli-
buiſſet, ferebantur. Prodeuntibus ad pugnam locum ſocii
aderant, qui certandi periti monita ſua quoque pugili reſpice-
bant, quo actu fe tuert, quo ſitu inimicum lædere, ſe ſalvo
poſſet, qui ſocius Parentis nomen ab officio obtinebat, ho-
dieque etiam pugnas dicitur. Aderat etiam alter ſocius, vel

comes arma ferens, qui Colliertus appellabatur, perveniens
ad locum certaminis, ſi ſuſpicio contiguiſſet altertrum, B
maleficis artibus inſtructum eſſe, inſiſtito ad judicem Campi
ſpectabat. Certaminis finis frequentiter erat vulnus alterius ſine
mortis caſu, arbitrio Judicis. Bern. Sæcuis lib. 9. Ticinenſis
hiſtorie.

In legibus Caroli Magni Imp. Lombard. lib. 2. tit. 54. mentio,
ſtatuitur, ut criminalibus cauſis acculatur, & deſenſor in
campo cum ſuſtibus pariter contendat: neque eorum jure
jurando res committatur. Quod tamen ita intelligendum con-
ſtat, cum aliud probationum jus deficit. Hoſiam. diſputat. de
Feudis, cap. 44.

Lege Imp. Othonis IV. in Romandila de Principum Ita-
lorum ſententia promulgata, ſcientie, & non contradicente
Papa Joanne XIII. univerſaque ſynodo, quæ tum Ravenæ
convenerat (ut apparet ex Lombard. lib. 2. tit. 54. l. antiquis:
& legi Franc. lib. 5. tit. 4.) ſtatuitur, ne deinceps tota Italia,
etiam iſ locis, in quibus jure Romano, id eſt, Juſtinianiſ legi-
bus utebantur, controverſias jurejurando diſceptent, propter
perjurorum multitudinem: ſed duello, & certamine illas di-
mittant. Idem.

IN SPECIE MONOMACHIA

ſuſcepta, cauſa

Religionis.

Inter Saracenos, Hiſpanias, & Gallos Chriſtianos, duclit
Caroli Magni, monomachia fidei veritas declarata ſuit. Sab.
lib. 8. Ann. 8. ex Turpinio.

Regni, & dignitatis.
Livius lib. 28. & Plutarch. in vita Scipionis, de duobus
Hiſpanis, Corbe, & Orſua, fratribus patruelicis ſcribit, qui
de principatu ſuæ civitatis ambigentes, coram Scipione profeſſi
ſunt, fe ferro teſtaturus. Cum verbis inquit diſceptare Scipio
vellet, ac ſedere itas, negatum id ambo dicere communibus
cognatis: nec alium deorum, hominumve, quàm Martem fe
judicem habituros eſſe. Corbis major erat ætate, Orſua minor,
Princeps proximè futurus, à fratre majore poſt mortem ejus
principatum accepturus. Sed Corbis uſu armorum, & aſtu ſi-
lidas vires minoris ſuperavit.

Illud olim in Germania uſitatum, ut ſi in Comitibus duo G
Imperatores renunciat eſſent, duellum inter ſe committerent,
& penes victorem imperium maneret, qua de Albericus
Roſarius in dictionario teſtatur: & exemplum extat in Saxo-
nia. Crantz. lib. 9. cap. 8.

Apud Michaelem Ricerum lib. Neapol. 3. planis autem,
apud Ant. Florent. part. 2. tit. 20. cap. 4. 5. 8. inter duos
reges Carolum Siciliæ, & Petrum Aragonie, anno 1282. duellum,
Pape Martini, & Conſiſtorii Cardinaliſ auctoritate
conſtitutum eſt, ut de jure Regni Siciliæ centenis lectis equi-
tibus, Burdegala, Galliæ oppido, conditâ die, depugnarent.
Quam diem cum Petrus non obiiſſet, Papali judicio damnatus
eſt.

Polyd. Virgil. libro hiſtorie Angl. 7. inter Edmundum An-
glorum, & Canutum Dacorum, reges, ratio, inquit, inita eſt,
ut inter ſe ferro contenderent: & qui viciſſet, huic alter vi-
ctus regni poſſeſſione cederet. Inſpectantibus utriusque co-
pis, atque acie utrinque ordinata, datur ſignum, inſeſtiſ-
que armis Reges concurrunt. Poſt diuturnum certamen
convenit inter illos, ut regnum inter ſe æquis ex partibus di-
viderent. H

HUNDINGUS Saxonia, & Roheus Dania reges, ſpectantibus
exercitibus duello dimicantur: ea lege, ut qui viciſſet, Julia
terra potiretur, Crantz. lib. 1. cap. 4. Davie.
Apud eundem lib. Daniae 1. c. 22. inter Aruſium Sveticæ, &
Frouvinium Julia reges, cum aliquandiu poſitis omnibus
antepii prælio decertaſſent, tandem cum in acie alter alter
occurriſſet, ſingulari certamine negotium inter ſe tran-
ſegerunt.

RADISLAUS Guirimentis princeps, Miſtibogii filius, quaſi
ſolo armorum terrore D. Vincenſius Boemorum princeps ex-
pugnari poſſet, agros ejus incurſare, nullos legatos de pace audi-
re, nec niſi tradito ſibi totius Boemie principatu ſe ab armis
diſceſſurum minari. Coactus à ſuis Vincenſius, militem, atque
aciem contra Radislaum inſtruit: videntique omnino jam ſibi
dimicandum eſſe, clafficum cani vetat, priuſquam ipſe Radif-
laum alloquatur. Data alloquendi poteſtate, ſi aliter, inquit,
niſi præliotes componi nequit, cur non potiùs ſine inſon-
tium ſanguine ipſi inter nos ſingulari certamine decernimus.
Nulla

Nulla mora, lorculam super cilicium vestem indutus, par-
A voque ensiculo succinctus Veneslaus, in arcam prodit. At
Radislaus cataphractus, hastatusque cum ingenti machara sese
infert. Veneslaus signo crucis frontem pingens subito ange-
los vidit, quos hanc vocem velut ab homine depromptam audit:
Ne feri. Et repente Radislaus humi procumbens, veniam au-
dacia poposcit, seque potestate victoris permisit. Allevans
prostratum Veneslaus, dataque venia, & dignitate ei restituta,
monuit, ut contumaciam in obsequium debitum verteret, ne
post gravius ab irato numine plecteretur. *Dub. lib. 5.*

Fidei erga principem.

Cum Eguino quidam mediocri loco natus Othonem Bαιο-
riae Ducem apud Henricum IV. Imperatorem laesa majestatis
accusasset, cumque ad duellum provocasset, & Dux cum la-
trone, atque cum ignobili congressi recusasset: majestatis dam-
natus, & ducatu suo privatus est. *Urspergensis.*

Fidei inscriptio.

AUSTREGISILUS, Guntranni Gallorum regis aulicus, fal-
sarii crimine accusatus, monomachia suam testari voluit inno-
centiam. At in circo hostem expectanti nuncios affertur, hos-
tem in itinere ex equo decubatum, seque cervicem. Itaque
innocentia eius perspecta, Episcopus postea Bituricensis creatus
est, anno Christi 627. *Sigebertus.*

Pudoris tuendi.

GONDBERGA regina, uxor Rodolphi regis Longobardo-
rum, qui Rocharis filius fuit, & Theodelinda filia, adulterii
rea facta, quod cum Carello (sive Carolo) familiari regis, se
commisisset, carceri mancipata fuit. Quod agere ferens, D.
Joanni Baptista innocenciam suam supplex commendavit.
Carelus autem in vinculis positus regem exoravit, ut quod
lege permissum aliis erat, sibi quoque permitteretur: videli-
cet, singulari pugna salutem suam, famamque, & reginae decus
tueri (extat enim lex titulo de crimine adulterii.) Pugna Pa-
pir, rege, ac populo spectante, admittitur, in qua accusator à
Charello occiditur. Regina verò Regi conciliata, ob rei mo-
nimentum templum edificavit, instruxitque opibus, quod
sancti Joannis Donnarum, id est, mulierum, in sexus sui ho-
norem nuncupavit, ubi corpusculum ejus loco conditum
cernitur. *Bern. Siculo lib. 9. Theinensis historiae ex Pauli Dia-
coni lib. 4. cap. 16.*

HENRICUS III. vivente patre, duxerat filiam regis Anglorum:
quae cum forma esset praestantissima, adulterii rea arguebatur.
Quam famam ut devitaret, puerum secum ex patria adductum
oppositi delatori gigante. Eum puer succubo poplite prostra-
vit. *Nauclerus Gener. 25.*

CONRADUS, Eberhardi Comitis filius, cum quadam regis ne-
pote se concubuisse jactans, à Berardo Saxone superatus mo-
nomachia, mendacii convictus fuit anno 950. *Regionis Con-
nuator. Vide tit. de Duello.*

Nobilitatis. Ortus legitimi.

LAMBERTUS Thufciae marchio, monomachia se, ex eadem
cum Hugone rex Italiae matre natum esse, evicit, cum suppositi-
tutis Bertae filius à pluribus crederetur: Hugo propugnato-
rem pro se adolecentem dedit. *Luitprand. lib. 3. cap. 13.*

Juris successio.

Orta dissensione inter principes de varietate legis, utrum
deberent avis superstitibus filii filiorum post patres defunctos
hereditatem adire: an ex hereditatis patruelibus debere haredi-
tas ad patros redire: ex Othonis I. Imp. omniumque princi-
pum sententia, cognitio veritatis commissa est gladiatorio ju-
dicio: cessitque victoria his, qui dicebant fratrum filios de-
bere cum patribus hareditare. *Vincencius lib. 24. cap. 70. &
Wostichindus lib. 2.*

Juris gladii.

Sub Frederico I. cum ambigeretur, an jus esset Imperatori
judicium capitis exercere in principes Germaniae, extra ipsius
principis, qui reus factus esset, ditionem, ac fines: extitit Qui
pro imperatoris jure sese ad duellum offerret. Quia nemo
condictionem accepit, secundum imperatorem pronunciatum
est. *Abbas Urspergensis.*

IGNIS DIVINATIO.

Ignis divinacionem hic consideramus, quatenus corpori
humano admovetur. De altera illa, quae circa cona-
tum, & injuriam fit corporis, sub Inanimatorum di-
vinacionibus agetur.

QUALIS UPTATA.

Flamma. Prae.

Mos transilienti flammam videtur etiam praeis Graeciae

temporibus usurpatus fuisse: deque illis versus hos Sophocles
in Antigone intelligendos.

H' μὴ δ' ἄντος ἐγ' ἴσους ἀναρ' ἔχομαι,
καὶ τῶν διπλοῦν, ἐξ ὁμοῦ ὁμοῦ ἔχομαι
τὴν μὲν δ' αὖτις, ἡμῶν ἑμῶν ἔχομαι.

Τὴν μὲν δ' αὖτις, ἡμῶν ἑμῶν ἔχομαι.

Nam quid per Hefychium usurpari testatur pro *antipho* *revo-*
popy. Cum igitur rex Creon Polynicus cadaver humane
prohibuisset: Antigone autem ipsius soror illud humo
contextisset, custodes, ut mortis penam à rege constitutam
vitarent, dicebant se paratos esse ferrum candens manibus con-
trectare, & per pyram incidere. *Hotomannus disputat. de
Feudis, cap. 44.*

Christianis Latinis à Corbona Petra, Antiochia Syriae ob-
sessis, Petrus Maffiliensis presbyter, qui sub Tolofato Comite
militabat, lanceam sacram, qua Christus in cruce vulneratus
fuit, in fomnis in aede D. Petri humi desolam sibi monstratam
affirmavit. Itum est ad locum, & lancea reperta vexilli loco
Latinis contra hostes contubus fuit. Casta ad centum millia
Persarum. Mox verò cum Tolofas auro corruptus à Turcis
deprehensus esset, Maffiliensis quoque auctor sacrosanta
lanceae effodiendae, quia comes Tolofatis erat, ad novam in-
vidiam illi constandam insulari cepit falsae religionis. Is, ut se
purgaret, ad judicium flammæ descendit: & aderat dies passio
Domino saner. Circumfuso exercitu, sanctam lanceam nu-
dato corpore manu gestans, per coarctatorum late lignorum
struem ardentem, medioque ignis illæsus evasit. Mox ad id
miraculum ruente turba, oppressus perit. Apud multos mors
magis ambiguum fecit, quod igne decretum videbatur. *Aemil. lib. 4.*

Prunarum.

Baccius Turonenis Episcopus prunas candentes vestimen-
tilacimia exceptas, sine noxa per urbem tulit, ut à falso stupri
crimine se liberaret. *Moral. lib. 5. c. 1.*

HERALDUS quidam Hybernus ferebat, se magno rege Nor-
vegiae (qui Hyberniam vastaverat) natum: & ut miraculo quo-
dam rem tueretur (id enim ab eo fuit exactum) super ardentem
prunas nudis pedibus incendens, multos traxit in partes suas.
Quibus authoribus, Magnus Haraldus nepos, Heraldus aequè ad
regnum nato, partem regni cedere jubebatur. Illo verò recu-
sante ignoto homini ditionem suam permittere, ventum est ad
arma: & ingenti praelio fugatus Heraldus, in Daniam efit. *C.
cum regem (quem ficebat Norvegiorem regi justis de causis
inimicissimum) contendit, à quo promptè exceptus, Magnun
cepit, & in cenobium destruxit. Cranzius lib. 5. Norvegiae,
cap. 6. ex Saxonicis lib. 13.*

Ferri. Vomeris candentis.

Selavis postquam veram amplexi sunt religionem, in arbori-
bus, fontibus, & lapidibus jurate, interdictum fuit: sed de
crimibus suspectos, sacerdoti vel ferro, vel vomere exami-
nandos offerrebat. *Helmidus cap. 84.*

Apud Francos, faeulo post Christum octavo, in more erat,
ut innocentiam suam testaturi, ferrum candens manibus gesta-
rent. Quod si non laedebantur, testimonium erant innocentiae.
Sin verò laedebantur, signum erat, quod rei essent. Solebat au-
tem ferrum candens sic consecrari: Deus iudex iustus, qui au-
ctor es pacis, & iudicas aequitatem, te suppliciter rogamus, ut
hoc ferrum ordinatum ad iustam examinationem cupissimè
dubietatis sciendam, benedicere, & sanctificare digneris, ita
ut si innocens (de praenomina causa, unde purgatio quaerenda
est) hoc ignitum in manus acceperit, illatus appareat: & si
culpabilis, atque reus, iustissima sit ad hoc virtus tua, H
in eo cum virtute declarandum, quatenus iustitiae non
dominetur iniquitas, subdatur falsitas aequitatis, per Do-
minum nostrum, &c. *Aventinus A.D. Lib. 4. Annalium
Bojorum.*

PACHYMERIUS testatur, se adolescente, Nonnullos massam
ferream candentem manibus citrà noxam sustulisse, itaque in-
nocentiam suam per miraculum testatam reddidisse: cum alio-
quistses produci, jurjurandum deferri, & antea vita reo-
rum considerari solcat.

Popponis presbyteri miraculo moniti Danii (de quo paulò
post sub Tit. Religionis confirmanda) abrogata duellorum
consuetudine, pleraque causarum judicia eo experimenti gene-
re decipere decernerent instituerunt, fidemque Christi suscepe-
runt. Poppo à Pontifice Bremensi Adalardo apud Arutium
dignitatem Episcopatus impetravit. *Saxo lib. 10.*

Vestis cerate.

Poppo Danus presbyter, ut apud Danos religioni suae fidem
saceret, veste cetera copiosa prius illita indutus, in medio populii
circo

circo eam incendit: ipse verò nullum se ignis calore sentire
A testatur est, licet ipsa vestis corpori circumdata in favillas red-
da esset. *Cranzius lib. 13. c. 43. Metropol.*

Aqua ferventis.

Aqua calida ejusdem usus cum lamina calida apud Francos
his verbis consecrabatur: Deus iudex iustus, fortis, & pa-
tiens qui es auctor, & amator iustitiae, qui iudicas aequitatem:
iudica, Domine, quod iustum est, quia recta tua iudicia sunt,
qui respicis super terram, & facis eam tremere. Tu, Domine
omnipotens, qui per adventum filii tui Domini nostri Jesu
Christi mundum salvasti, & per ejus passionem genus huma-
num redemisti: in hanc aquam per ignem ferventem sanctifica,
qui tres pueros, id est, Sidrach, & Abdenago, iustione
regis Babylonis, missos in caminum ignis, servasti tu clementis-
sime praeserta, ut si quis innocens in hanc aquam ferventem ma-
num mittat, sicut tres pueros supra dictos de camino ignis cri-
puisti, & Sapporam de falso crimine liberasti, ita, Domine, ma-
num illius salvam, & illam perducas. At si quis culpabilis,
vel ineffatus diabolo cor induratum, praesumptum manum
mittere: aqua iustissima pietas hoc declarare dignetur, ut in
ejus corpore tua virtute manifestetur, & anima illius per pec-
B nitentiam salvetur. Hinc illud *in lege Paris. tit. 3.* Stres grandis
dicit, servum ad iudicium Dei in aqua ferventi examinet.
*Item, Et ad examinationem ferventis aquae iudicio Dei pro-
bandus accedat. Et tit. 14. Et se per Sacramentum iudicio
Dei examinandum serventi aqua innocenter ostendat. Item
in Lombard. l. 1. tit. 10.* Si cujuslibet hominem interfecerit, iu-
dicium aquae ferventis eximatur, utrum hoc sponte, an se de-
fendendo fecisset. *Hotoman. de Feud. c. 44.*

In formula Pacis Alaticæ apud B. Rhenanum, *German-
verum l. 2.* Plebejus autem, & minoris testimonio rusticus, aquae
frigidæ se expurgat iudicio. Sed hanc insaniam Imp. Lotharius
sustulit in Lomb. l. 2. tit. 54.

CUR CAUSA.

Religionis contestanda.

MARTIANUS Imperator ad sanctum aliquando Simeonem,
habitu indutus idiotæ, religionis ergo venerat: ubi ob fa-
ctum quoddam ob stuprum, quod accidit duobus Episcopis in-
ter se contentibus, orthodoxo uno, Ariano altero. Ari-
anus quidem dialecticon erat, orthodoxus verò pius, & fidelis.
Proposuit is eam conditionem, ut electis verborum concer-
tationibus, rozum ignis ingrederentur: & se ostenderent,
utra sententia magis pia esset. Cum autem Arianus conditione-
nem eam displicere dederat, ipse orthodoxus ignem ingres-
sus, è rogo differtuit, & illatus servatus est. *Theodoros
Lector lib. 2.*

Poppo diu in Italia, & apud summum Pontificem pere-
grinatus, annuente rege Danorum Suenone, apud portum, cui
frequentia glacie nomen peperit, in Danorum coetu publicè
concionatus, longa, ac salubri oratione genti suasit perfidiam
deserere, sinceram Christi religionem amplecti. Erubi hæsitan-
tes inter utrumque conspexit, ut neque promptè antiquam
religionem ponerent, neque quod verbis ejus opponerent,
haberent: percontatus est. Quid sit ad candentis ferri tactum
manus ejus cernerent intactas, vellente subire, quæ hortare-
tur? Cunctis succlamantibus, velle, in chirothece formam
iussit ferrum cudi, idque ignitum afferri. Rubuit igne ferrum.
Ille tamen intrepidus manum immisit ad cubitum, deportavit-
D quod locum constitutum. Ibi cum ad pedes regis projecisset,
victus manus dedit concio, spontè subiens lavacrum regenera-
tionis. *Cranzius lib. 4. Danie, c. 24. Vitichindus, l. 4. & Saxo
lib. 10. Danie.*

Pudoris tuendi.

KUNEGUNDIS Hentici II. Imp. uxor, de adulterio suspecta,
iudicio candentium vomerum coram marito sese purgare cle-
git: Domine, inquires, Deus, creator cœli, & terræ, qui pro-
bas renens, & corda, iudica iudicium meum, & tripe me: te te-
stem, & iudicem hodie in voce, quod neque hunc Henricum
praesentem, neque quemvis alium virum carnali consuetudine
cognovimus. His dictis, candentes vomeres, suspentibus, &
lactymantibus plurimis, plantis pedum per xv. passus calca-
vit, & sine ulla læsione. *Historia Bambergensis, Gigas Ful-
gosis lib. 8. cap. 1. Cranzius lib. 4. cap. 32. Saxoniae, ser-
rum ab ea portatum ait: lib. 2. cap. 5. Metropol. sex vomeres
ignitos calcaie tradit.*

Ad igniti ferri contrectationem puellam quandam, illeam
pudicitiam probandi causa deducam, ex *Hildeberri Cœno-
nensis epistola 17.* ad Archidiaconum quandam appareat.

LUITHARDUS epistolatum apud Carolum III. Imperatorem Ma-
gister, à Suevorum proceribus itupri infumulari, quod fami-
liarius, quam domus Cæsareæ majestas postularat, cum Augu-
sta viveret, indignatione motus in Italiam abiit. Richarda
Augusta tam sinistro rumore aspersa, candenti ferro crimen
adulterii obiectum diluit. Deinde haud unquam tactam esse à
Cæsare, ne dum à quopiam alio mortalium violatam esse per-
sanctè dejerat. Misso, ac remisso repudio, in Andalavu sacra-
rum feminarum adem, quam ipsa dedicaverat, petiit, ibique
obiit, & sepulta est. *Avent. l. 4. Annal. Bojor. A. D.*

ORTHONE III. Imperatore in agro Mutinenti agente, res me-
morabilis exempli accidit. Maria Augusta Comitem Mutinen-
sem in amorem pellice sui conata, postquam libidini relucari
sue vidit, ira ferens se ab illo de stupro tentatam apud Otho-
nem infumulari. Eius rei admonitus Comes, totam ut erat, con-
jugi suæ mulieri prudentissimè patefecit, se civis milites mori-
torem, quam tantum imperatoris dedecus palam facturum, pro-
inde ipsam precibus omnibus obtellari, ut forte, atque imper-
territo animo apud eum mortui innocentiam sui purgaret. Ne-
F que ita multo post Comes irati, & creduli Imperatoris iudicio
condemnatus, penas capite dedit. Conventu inde populi ad
Roncalias instituto, quo die jus viduis dicebatur, Mulier pro-
cessit, atque ex lege Imperatorem ipsum ad supplicium, quod
maritum suum iniuste necasset, postulavit. Qua voce audita,
mirabundus Otho: At tu, quoniam pacto, inquit, viri tui, quam
iactas innocentiam comprobabis? Cui illa, candenti lamina, in-
quit: atque mox inspectantibus omnibus, ferrum ignitum iussu
Othonis allatum sine ulla offensione prehendiit. Ea re Otho
confusus, se quidem pena dignum esse dicere, verum ad eam
subeundam spatium postulare. Cum mulier tribus vadimonis
dilatis: Atqui, inquit, ego supplicio Regine contenta sum, cui-
us nefaria calumnia maritus meus oppressus est. Otho mulie-
re collaudata, reginam igne cremari iussit: Mulierem verò
propter dilata sibi vadimonia, quatuor in Justicia castris dona-
vit. Huius iudicii Gothifredus auctor. *Sigon. l. 7. Regu.
Ital. & Cranzius. l. 4. c. 26. Saxo.*

ROBERTUS Cantuariensis Episcopus, regi Edovardo pri-
mum mirè gratos, cum ei persuasisset, ut Emman matrem con-
geret de suspicione stupri cum Adulino Vintonienis Episcopo
commissi se purgare per ignem, & illa eo minime læderetur:
timore percussus fugit in continentem, ubi morteore animi
anfo Pontificatus secundo extinctus est. *Polyd. lib. 8. Histot.
Anglica.*

Subacta, & ad Christum conversa à Valdemaro Danorum
rege Rugia Matriona quadam viro immerens adulterii infu-
mulata, cum purganda infamæ gratia candenti lamina dex-
tram obtulisset, subito ferrum, quod exceptura erat, perinde,
atque innoxia manus contactum fugiens, neglecto pondere,
sublime se extulit, penduloque motu profectis feminæ inces-
sum comitans, cum ante aram factandum erat, inter religio-
sam assistantium admirationem proprio impulsu humi decidit. *Saxo lib. 14.*

Cædis.

Lex *Francia l. 4. c. 57.* Si cui de libertate lris mota fit, & cog-
natum interfecerit: si negaverit, se illum occidisse, per novem
vomerisignitos iudicio domini examinandum accedat. Quæ lex
extat etiam. *Lombard. l. 1. tit. 11. de parrie.*

Flandris Philippus comes ejusmodi legem pro declaranda H
innocentia tulit anno 1164. Si quis vulnus in nocte acceptum
alii imputa verit, si Scabins dignum videtur, ferro candenti se
excubabit accusatus: si aufergerit, manum perdet. Item: Si fur
votatus accusatus fuerit, ferro candenti se excubabit: si culpabi-
lis permanferit, suspendetur. *Chron. Fland.*

CHRISTIANUS DE OLDENBOURG, comes in Saxonia, rever-
sus de Terra sancta, invidis Mauricii fratris sui, cum domi-
ret in vili horreo, est trucidatus. Interfectores iudicio duode-
cim vomerum de conscis interrogati, rota supplicio sunt affe-
cti. *Cranzius l. 7. Metropol. c. 14.*

Incendii.

CAROLO IV. Imperante, in Saxonia oppido Vitenburgo
incendium adium factum procuratum, imponentibus in eo cop-
pido innocenti. Ille quoniam sanctè jurans, ejus se culpæ non
esse affinem. Ferrum ignitum ille portavit itinere non parvo,
illudque manibus excutens, nihil læsionis sensit. Evanuit
ferrum

ferrum ex oculis omnium. Annus penè totus interceserat. A cum alius jam, filicibus viam straturus in oppido publicam, in arena invento ferro dextram aduffit. Re ad loci præfectum delata, ad quæstionem abripitur: confitetur crimen, & fractis rota curibus necatur. Crantz. l. 8. Vand. c. 30.

Furti.
Est lex militaris apud Radevicum l. i. c. 26. Si servus aliquis culpatus non in furto fuerit deprehensus, sequenti die expungabitur se iudicio igniti ferri, vel dominus juramentum pro præstabit. Hanc autem consuetudinem in regno Neapolitano Imperator Fridericus II. sustulit. Neapol. const. l. 2. tit. 31. Eorum (inquit) ridendum sensum duximus, qui naturalem candentis ferri calorem tepescere, immò (quod est stultius) frigescere nulla iusta causa superveniente confidunt. Hotomanus de feudis cap. 44.

ROBERTUS, prius ROLLO, dux Normannorum, severè suis interdixerat latrocinia, furta, & rapinas: rusticos instrumenta sua in agris relinquere voluit. Reversus quidam ex agricolis domum, ab importuna uxore rogatus, cur instrumenta non reponeret? Ducis præceptum objecit. At illa furum ex agro instrumenta subduxit, & abscondit, ut maritum redderet cautiorem. Reversus vir in agrum, ubi non reperit, quæ reliquerat, rem ad loci præfectum deferit, ille ad Ducem. Vocatus à Duce rusticus, precium adhibita furem explorare. Primus conatus irritus fuit nam ignis furem non prodidit, licet omnes rustici subissent serutinium. Tum Dux reversus ad Episcopum: Deus, inquit, Christianorum, si est conscius sceleratorum, cur furem non prodidit? Episcopus necdum bene firmatum in religione non corripuit, sed causam præterdixit, quia ignis nondum furem ardigisset. Jubetur diligentius inquirere præfectus, etiam apud vicinas villas. Nec sic quicquam reperit esse. Vocatus à Duce rusticus; an cui indicat rem in agro esse rogatus. Ille nemini præterquam uxori se dixisse respondit. Uxor quæstionibus admota furum fatetur. Tum dux marito clam vocato: Sciebas, inquit, uxorem furacem esse, an non? Ille, sciebam, inquit. Cui Dux: Cur ergo, aut non punivisti, aut non necavisti? Ergo iustitiam suspensio necari, & hac severitate legem sanxisti. Crantz. l. 2. Norvegia, c. 27.

Simonæ.
PETRUS Albanensis Episcopus illæus per pyram ardentem transiens, simoniæ reum comprobavit Petrum Florentinum Episcopum; unde postea igneus est appellatus, Urspergensis. Joannes Gualbertus Petrum Archiepiscopum Florentinum provocatione ad iudicium pyrae accensæ, simoniæ condemnavit. Fulg. l. 8. c. 1.

Imperii, Regni, Dignitatis.
LUDOVICO Germanorum rege mortuo, velut satis vocantibus regna, quæ Lotharii junioris juris fuissent, omni ex parte in ditionem Franciæ imperii redacturus Carolus Calvus Imperator ingentem coegit exercitum. Tres Ludovici filii, Ludovicus, Carolomannus, Carolus Crassus, sub recentem patris obitum, dum divisione patris regni, finitarumque gentium bellis distinctur, Calvus Coloniam usque omnia pervasit: mox Germani Oratores afferunt, ut quæ Ludovicus Augustus in Gallia regna hausisset, legibus, iureque, non martis iudicio dividerentur. Cæterum cum nihil æqui se verbis imperare posse crederent, Francos ad iudicium candentis laminæ provocant: & sunt, qui eos illæos discessisse scribant. Constant, Germanos tandem compositis domesticis rebus exercitum D Rhenum traduxit, & Calvum magna victoria superasse, captio nobilissimo quoque. Emil. 13.

AQUÆ DIVINATIO.

De hac item, ut corpori humano admoveatur, in presentantur agimus. De eadem per se paulo post, inter Inanimatorum, divinatioes.

EΡΟΤΕ.

Apud Israelitas adulteræ coarguendæ hic modus erat divinitus traditus Moyfi. Maritus uxorem ad sacerdotem ducebat, simul & libamentum, decimam partem ephi farinae hordeæ, cui neque oleum, neque thius indabatur. Id sacerdos libabat, & ante dominum ponebat: aquamque sacram in vase fictili sumens, pulverem è solo Tabernaculi aquæ miscerat. Mulierem coram ara fistabat, eique libamentum in manus tradebat, & ipse aquam amarā diram (quam Redargutionis vocant) in manu habens, juramento mulierem astringebat.

in hæc verba: Si nemo tecum concubuit, & si stupro non deliquisti in virum tuum, illæa esto ab hac aqua amara diram: Sin E autem in virum tuum commisisti, stupratum es, & tecum rem habuit vir alius, quam tuus, Deus exemplum in te statuet ditatum, & perjurii apud tuos, femur tibi decutiendo, & ventrem distendendo: veniatque hæc dirā aqua in tua viscera ad ventrem distendendum, & femur disticendum. Mulier respondebat: Amen, Amen. Tunc Sacerdos has diras in scheda scribebat, & aqua amara deiebat, camque aquam amarā diram mulieri bibendam dabat, sumpto prius de manu mulieris libamento, quod ad aram libabat, & aram fustibat. Aqua epota, si adultera esset, perjurii pcenas lucebat, ventre distenso, & femore decuto: sin extra noxam, illæa manebat, & prolem gignebat, Num. 5.

CONTACTÆ, SIVE CALIDÆ.

De hac sub Iguis examina.

Frigida.

Ganguis Burgundi militis, sub Pipino Francorum rege Uxor de adulterio suspecta, lapillum ex fonte (quem maritus ejus in Burgundiam emptum, in Franciæ locum, qui Ludovicus dicitur, miraculose transtulit) extrahere iussa, brachium ambustum eduxit. Siegb. l. 9. 7m.

LUDOVICO Germaniæ rege Francorū dirā mortuo, Carolus Calvus Imperator, & Franciæ rex, propriè Aquas, Coloniæque contendit, ut Lotharingiam, quæ itatis, & filii ejus Lotharii fuerat, occuparet. Ludovicus tres filios reliquerat, Carlomannum, Ludovicum, & Carolum cognominem Crassum. Ex quibus Ludovicus, qui patrem funeris interfecerat, ubi patrum patrum regni fines ingressus castra ad Rhenum posuisse audivit, ira incensus, quod paternum invadere regnum esset ausus, Francorū dirā copias movit, atque ad alteram Rhēni Ripam in regione confedit. Ibi iure primū, deinde gratia per legatos petita, cum neutrum impetrasset, decem homines cum aqua calida totidemque cum frigida, decemque alios cum ferro candenti misit, justos experiri iudicio, uti regnum illud conveniret, quod cum ipso pater suus Ludovicus sacramento interposito divisisset. Qui, re tentata, cum detrimentum nullum cepissent, nihil tamen æqui obtinuerunt. Ob id Ludovicus animo incitatus Rhenum copias occulte trajecit, ac Calvi exercitum adortus, ipsum in fugam versus profligavit. Victo Calvo, fratribus paterna regna inter se partentibus, Carlomanno Bajoria, Pannonia, Carantunum, Boemia, & Moravia event: Ludovicus Franconia, Thuringia, Saxoniam, Frisia, & pars Lotharingiæ: Crasso Alemannia, & altera Lotharingia. Sigon. l. 5. regni Ital. ex Aimo. l. 5. c. 34.

EX CIBO, ET POTU DIVINATIO.

In Achajæ Gæum, Telluris Euriferæ sanum est. Ibi taurini sanguinis haustu pudicitia exploratur. Quo epoto, si legi fraudem fecerit Mulier, statim flagitium dicitur morte luere. Paul. in Achæis.

GODVINUS Cantianorum Comes, Anglis, mortuo Canuto III. Alfredum Etheldredi regis exulis filium revocantibus, ipsius virtutes reformidans, calumniis circumvenit, per insidias in itinere necavit: auctorque fuit Anglis, Edovardum III. Alfredi fratrem ad regnum vocandi. Hic Godvino scelus in fratrem commissum condonavit. Accidit, ut Haraldus filius, qui regium poculum mifcebat, Edovardo prædanti potum præbere volens, uno pede fere lapsus, auxilio alterius pedis sese sustentavit. Tum pater: Nunc, inquit, frater fratrem juvit. H Ad quam vocem Edovardus turbatus animo, in Godvinum conversus ait: Sio mihi meus frater auxilio esset, si per te licuisset. Ad Godvini iram regis veritus exculare se cepit, divinumque nomen, ad innocentiam declarandam, cum jurjurando appellare, dicens: Si unquam rex quicquam in necem fratri sui, aut in te machinatus sum, precor ut Dei nuda istud panis frustum me frangulet. Quæ ubi dixerat, sumpto pane, subito præclusis faucibus suffocatus est. Pol. l. 8. Hist. Angl.

SORTES QVALESCUMQUE, KAPHOMANTEIA.

Considerata tum in genere: tum in specie. Sortitio Poetarum. Sortes Homericae, Virgiliæ, Chartæ, Papyri, Vocum, Nominum, Literarum, Telolarum, Cærorum, Annularum, Calculorum, Astragalarum, Talorum, Figurarum, Numerorum variorum, Quæ in loco de Sortib.

OMINO

OMINOSA DIVINATIO: HUMANÆ

VOCES, ACTIONES, PASSIONES Quælibet naturales.

I N G E N E R E.

OMINOSA divinatio genus, cum ea, quæ domi accident, observantur tanquam signa futurorum: veluti si in tecto appaererit mustela, aut serpens, aut oleum effusum fuerit, aut mel, aut vinum, aut aqua, aut cinis, aut crepitus lignorum auditus fuerit, aut aliquid aliud. Tale opus conscripsit Xenocrates. Evidens est, si exponas ea, quæ obiter in via occurrunt, si quis tibi obviam factus fuerit, hoc gestans, & hoc tibi eveniat: cuiusmodi opus conscripsit Polus. Aliud *ὑποποκαυδῶν*, cum manibus extensis, è rugis, aut fistulis palmæ dicimus, Procreabit filios, aut quid simile: cuiusmodi opus scripsit Helenus. Aliud est *παχυδαῖον*, quando ex vibratione corporis aliquid cognoscitur, veluti palpativè dexter, aut sinister oculus, aut humerus, aut femur, aut pes prurrit, aut auris tintit, ergo hoc eveniet: cuiusmodi opus conscripsit Posidonius. Suidas.

Omniſum esse crediderunt veteres, verè religionis ignorantibus obcecatis, occidit serpentes, viam, quæ quis iter facturus esset, quasi discitans, exque ea superstitione dictum est ab Horatio:

Rumpat & serpens iter institutum.

Ant. Muret. lib. 9. cap. 3.

FORMALITER CONSIDERATA.

OMINOSA SUMITUR AB

ADIONIBUS Hominis. Nempe ab

Apprehensione, Contestatione.

Perficorum majorum sapientia, ac divinandis notitia multorum monumentis celebratur: qui cum alia multa, cum Artaxerxis Ochi scitavit adversus subditos, & eadem ex signis quibusdam arcanis prædixerunt. Nam cum Artaxerxe patre vita sancto, regnum Perfarum occupat, Magi cuidam ex Eunuchis præceperunt, ut posita mensa animadverteret, quibus rebus ex objectis Rex primū manum iniiceret: Qui cum oculos in hoc attentos haberet, Ochus utraque manu protensa, dextra unum ad adjacentibus cultis arripuit: altera maximum panem accepit, quem carnis impostum scidit, & alacriter comedit. Quibus auditis Magi hæc duo vaticinati sunt, frugum tempestivam fertilitatem, atque annonæ copiam illo regnante, & eadem frequentatim, inque fallaces fuerunt. *Ælianus lib. 2. de Var. hist. l. 3. Diador. l. 17. Biblioth. l. 3. Cælianus. l. 13. c. 39.*

Scrificiis.

ALEXIUS COMNENUS Imperator, cum excecasset fratrem Isaacum, & ad inaugurationem templum ingressus esset, symbolum fidei imperatoris colore tardius percipiens, omen fecit improbatum, imperique ruinæ. *Nicetas l. 2.* Memorant annales Henrici III. Imp. fabulam de Hildebrando puero, quod cum filius esset fabri lignarii, ex sarmentis ordinis compositis, inscius ipse has litteras conseruerit, quibus adstantis homo litteratus, legerit ex ea compositione scindularum, Dominator à mari ad mare. Unde conjèctans divinum aliquid in puero, suaserit parenti, ut cum litteris traderet. Traditus profectus, & in Cancellariam regis pervenit, & scriuariis evasit. Somnio admonitus Imperator, quod cornua videretur habere, quibus filium vincto coneretur, hominem in vincula coniecit: sed ab Imperatore vinculis exutus, Cluniacense monasterium petit: indeque profectus primū in Subdiacorum, deinde in Cardinalem, novissime in Gregorium VII. *Crantz. l. 2. lib. 4. Methrop. c. 19. l. 29.*

Morum mutatione.

CÆSAR CALIGULA, est truculentissimus, & inhumanissimus erga omnes fuit; eo tamen die, quo à Chærea occisus est, omnium cum admiratione præter solitum affabilis fuit, cum Circenses spectaret. *Joseph. l. 2. c. 2. Antiq. Sacrificiis.*

ALCIBIADES revocatus ab exilio, eaque die, qua funesta colebantur sacra Adonidis, urbem ingressus, non multo post occisus fuit. *Alex. l. 4. c. 20. ex Plut. in ejus vita.* Funeribus sacra Adonidis in id tempus, quo adversus Siculos bellum susceperunt, incidenda, & celebrata à mulieribus, Atheniensium infelicem pugnam denotantur. *Plut. in Alcib. Suffragiis.*

Fauciam tribum Rom. pluribus cladibus insignem, si quando in comitis prima rogatur, velut tristi omine infamem, & deest stabilem, omnes abominandam putasse, auctores memorant. Constat enim hæc Fauciam tempore captae urbis quo ad Alliam sedem pugnatam est, & Caudinæ pacis, & ad

Cremeram infelicis pugne, quo pericula, & terrores Respublica perpessa est maximos, primam rogatam fuisse. Ideo si E quando rogatur prima, tristicium, & calamitates, exitialeque omen adferre credita est. *Alex. l. 1. c. 27.*

Donis.

Perdice cum duobus fratribus apud regem servienti, omen factum regni Macedonici, Sole mercedis loco à rege oblato. *Herod. l. 8.*

ALETES quidam Corintho pulsus, adhortante oraculo, tentavit, si possit in patriam redire. Atque interim rusticū cuiuspiam factus obviū, cibum mendicavit. Ille ludibrii opinor causa glebam ex agro sublatam porrexit. Aletes am tamquam felix omen accipiens, effatus est, *ἄχρηστὸν βλάδιον ἄχρηστὸν ἐστὶν ἐμοί*. *Ærafinus in Adagis.*

ÆMIANES, inquit *Plut. in Problem.* post sedes jam sæpius aliunde aliò transfutatas, tandem in agrum Inacho vicinum descendunt, quem id temporis Inachienſes, & Achæi obtinebant. Oraculum autem proditum erat, si in agrum eos recepissent, futurum, ut veteres incolæ pellerentur: sin vero novi, quid à volentibus accepissent, agrum retinerent. Temo igitur quidam inter Æmianes, vir solers, & cautus, sumpta parte, mendici habitu ad Inachienſes accessit. Ibi cum per ritum, & contumeliam rex mendicanti cibum cespitem dedisset, in peram coniecit, ac velut eo contentus, statim è conspicuo se subduxit: nec præterea quicquam rogavit. Seniores tum rei novitæ, tum oraculi recordatione submoniti, rege adito, censent hominem neutiquam esse negligendum, nec è manibus dimittendum. Quod ubi sensit illæ, fuga sibi consuluit: votaque protinus Hecatombæ, & Apolline invocata, fursum abiit. Postea congressi prælio, Æmianes pulsis Achæis, & Inachienſibus, illo- rum agros occupaverunt. Hinc natum proverbium: Accipit & glebam erro. *Idem.*

COTHUS, ET ARCLUS Xuthi filii, ad quærendas sedes in Euboeam venerunt, quo tempore pleræque insula Æoles tenebant. Data erat Cotho dictio, felicem fore, ac victoriam reportaturum de hostibus, si illud solum emisset. Quare paulo post descendit in terram, offenditque in litore pueros ludentes: quibuscum comiter ludens, multas res ludicas eas, ac peregrinas offendit. Ut vidit hos pueros captos, negavit aliis illas daturum se eis, nisi terram ab ipsis accepissent. Ita pueri humum tol- lentes illam dederunt ei, accepitque rebus illis ludicris, digressus sunt. Quod ubi Æoles receperunt, simulque eos classe hostes sunt adorti: ita; & mæstia consultricius, necaverunt pueros, quos juxta viam, quæ fert ex urbe Chalchidis ad Euripum, condiderunt, vocaturque locus, Puerorum sepulchrum. *Plut. in Quæst. Græcis.*

Ludo.

Memorant, magna inter M. Antonium, & Augustum intercedente necessitudine, & familiaritate, cum darent cerebrò se ludo pilæ, vel tesserarum, vel etiam vacantium certamini, cotumicum, & gallinæcorum, semper victum discessisset Antonium: eumque reprehensum, monitumque frequenter fuisse à quodam ejus assecla, qui futurorum se conspectorem profitebatur: Quid malum rei tibi cum hoc est adolescente? fuge eum. Clatior es, natu major, pluribus imperas, rebus es bellicis exercitatus, rerum usu præcellis. At tuus genius genium hujus trepidat, fortunæque tua per se alioquin ampla, fortunæ assentatur hujus. Nisi procul ab ea abduxeris te, transibit illud. *Plut. de Rom. fortuna.*

Occursu.

Ethiopsis occurſus infaustum omen M. Bruto. *Plut. in Bruto.* Item Severo Imp. è Britannia Roman revertenti obviis Æthiops fero ex cupressio coronatus mortem ominatus est. *Fulgofus l. 1. c. 3.*

Alloquio.

In prælio adversus T. Quintium Flaminium, sepulchrum Philippus Macedonæ rex confectens, & ab eo milites alloquens, infelicis pugnae omen fecit. *Plut. in Flaminio.*

Excrementis.

Anno 719. Leonis III. filius Constantinus cum sacro lavacro ablueretur, aquam stercore fortè sedavit. Quare animadverta, Patriarcha statim oraculum eecinit, fore ut is aliquando omnia sacra pollueret. Ab illa re Copronymi cognomen est illi inditum. *Sigonius lib. 3. Regni Italici ex Zonara, l. 2. Diacono.*

Idem

Idem perpetravit Etheledus Anglorum rex, ut habet
A *Rankhous* lib. 6. cap. 13.

VENCESLAUS IV. Imperator, & rex Boemiarum, Carolo IV. Imperatore Norimbergensium natus, dum aqua lultrali tingitur, eandem aquam adhuc infans lotio suo respergit: alvi autem fabricosam, in qua nondum bimulus coronabatur, coinquinavit. Addunt Germani, ædem parochialem ad S. Sebaldum, cum aqua calcifieret pro baptisate, conflagrasse: matrem verò in puertorio perisisse. Utrumque peritiores inter prodigia retulere, portendit per hæc dicentes, futuram, quæ sub hoc Rege evenit, factorum fontium, altariumque contaminationem, & violationem: *Dubravus* lib. 23.

Sternutamentis, Offensione pedum. Esse inter auguria Sternutamenta, & Offensiones pedum, in naturali historia Plinius notavit, quæ symbola dicta sunt. Pleque contra: nam sternutamenta non facere auspiciis censent: sed cum captis auguriis superveniunt, illa rata facere, sive boni præntia sine, sive mali: qualiaque prædicta, prævisaque fuerant, asfirmare, & probare sermonis veritatem putaverunt, Homeri exemplo, qui Penelope malum prociis futurum ab Ulyste referente, Telemachum facit sternutasse. Et Xenophonte ad milites concionante, sub idem tempus sternutans quidam omen fecit felicissimum, ita ut totius dux militiæ crearetur. Themistocle verò ad aras sacrificante, à dextera sternutans homo, augurium fecit, quo præcipui captivi immolarentur. Hippie dum sternutat, excussus deus augurium fecit calamitatis futuræ. Inde apud veteres inculsa fuit religio, in sternutamentis bonum omen, & salutem precari, quod Tiberium Cæsarem mirifice exegisse refert *Suetonius*: ut si quid infandi, dirique immineret, ac precatio, & salute avertatur. Aristoteles autem, quòd è capite hominis tanquam ex arce duentur originem, quæ pars divina, & sanctior homini est, propterea prædeudentem inde spiritum, tanquam signum augurale, & divinum numen, non venari decere censuit. Ea quidem apud eos, qui ista per vestigare adorti sunt, miræ observationis fuerit: nam si essent matutina, nefanda ominati, & rei inceptanda irritos conatus faceret: si verò meridiana, firma auspicii esse, præcipue à dextris arbitrati sunt. Sæpè tamen symbolum veritatis, & prognosticum liberationis facere ab insidiarum metu voluerit. Fuitque animadvertit, inter epulas medio accubiti, sternutamento revocari ferulum, si non postea gustetur aliquid inter dira, & certissimo exitio haberi.

C setur aliquid inter dira, & certissimo exitio haberi. Offensiones pedum insulti semper omnis fuisse, ac portenti, & prodigii mali, vulgò proditum est. C. Gracchus, qua die civili seditione oppressus fuit, domo egrediens, ita pede limen offendit, ut non parva vis sanguinis efflueret. Neroni quoque in expeditionem Alexandriam profecturo, lacrima surgenti adhaesit. Crassi etiam filius contra Parthos proditurus in aciem, ita pedem offendit, ut humi prostratus concideret. Quos omnes oppressos, atque indignissimum fortunam expertos factis constat. *Alexand.* l. 2. c. 26.

Quidam putant Socratis dæmonium *πρωτοσ*, hoc est, sternutamentum: quo dextra in parte obveniente, ad agendum concitaretur: in sinistra verò, averteretur. *Cælius* lib. 2. cap. 10. *Antiq. Lell.*

PASSIONIBUS. Ut à Progressu impedito.

HERACLUS Imp. victo Cosroe Persarum rege, & recepta cruce ab eo, revertens Hierosolyman, cum cruce in humeris portaret, sub porta Hierosolymana vi divina retentus fuit, ut pedem aliquandiu inde movere non posset. *Egnatius* l. 1. c. 6. & *Bonifacius* lib. 8. Dec. 1. *Rerum Ungaricarum.*

Lapidem negant Fratres, quando iter faciunt, in medio capere oportet: ægri ferunt, & si canis intercurrat: & id genus formidant multa: ne concordia illorum distrahatur. *Platarchus de Amoeæ Fratere.*

Prædicum monumentis est, periculo ingenti circumventum in India Magnum Alexandrum quodam prælio, concussis armis, visum Barbaris lumen fundere, monstrum se ante illum ostentari. Theodorici pater ex corpore toto sentillans dicitur profudisse. Id ipsum & de se prodidit sapiens quidam, ita ut sentillantes flammæ hinc inde proflerent, etiam cum sono. *Cælius* lib. 15. cap. 5. A. L.

BAMBA Gothus Hispania rex, cum in Toletana ecclesia ab Archiepiscopo Quilico pro regi Hispaniensis dignitate ungeretur: ab is, qui ad eum visus est ab oleo, quo ungebatur

vapor clarus ad cælum confendere, & eandem sequi viam, qua vertice ipsius egrediebatur flamma. *Sabel.* l. 1. c. 4.

Apud Pedasenses, qui super Halicarnassum habitant, hoc fertur contingere, ut quoties Amphyentibus (qui circa eam urbem habitant) aliquid adverte certum intra tempus est eventurum, tunc antitit, quæ illi Minervæ est, grandis barba nascatur: quæ res bis apud eos accidit. *Herod.* lib. 8.

In Ludovico Hungariz, & Boemiarum rege, tria peculiariter sunt adnotata, cuncta nimis præconia; quod citò adoleverit, ante tempus barbam emisit, & vix annum decimum octavum ingressus, canos ostenderit. Quale ingeniorum præcon genus, non temere pervenire solet ad frugem. Aliter referunt alii: Natus epidermide, seu extrema cuticula caruit, quæ limimentis fuit de novo producenda. Ante statum tempus partus in lucem editus. Præter atatem barbam adeptus, statim canos emisit. *Dubrav.* lib. 39.

MATERIALITER CONSIDERATA.
Ominatio fit occasione
Vesivius.

Eudoxum Gnidium, Apis veste apprehendens, moriturum prælagit, in 1. *Græcor. Epigramm.*

Sub Andronico Junio vestitus mutatus Græcis, mutationem Republicam indicavit. *Gregoras* l. 2.

DIONYSIUS Messenius regio ornati in throno Babylone sedens, omen fecit mortis Alexandro Magno. *Diod.* lib. 17.

ALEXANDER cum Supers regiam scellam infedisset, eaque esset sublimior, quàm ut corpore ipsius conveniret, puer quispiam animadvertens pedes Alexandri haud mediocri intervallo solum non contingere, appropinquavit Darii mensam pedibusque regis pendebat eam supposuit. Quæ cum apertissime fuisset accommodata, Alexander valdè ejus, qui id egisset, ingenium commoda. Tunc in adstantium turba spado, qui tantam fortunæ varietatem secum considerabat animo, affectus lacrymari cepit. Alexander cum interrogasset hominem, quamnam indigna res visa fuerit ei excitasset? Ille, in presentia, quidem, inquit, tuus sum servus: sed cum prius Darii fuerim, naturaque dominos meos diligere soleam, non potui non dolere, rem quæ tantopere ab illo honorabatur, à te nunc contempniti haberi animadvertens. Quæ ad verba animo adjecto Alexander, imperii Persarum quanta esset ruina, secum cepit volutare, propter eque famulum, qui mensam appropinquat accersisset, justitiam, ut eam auferret. Ibi Philotas nihil contumeliosius à rege factum fuisse ait, cum ipse illud fieri neutiquam mandasset, sed faveret potius dei cunctis dum providentia, & voluntate eam rem videnti evenisset. Taxis ejusmodi Philotas dicitur Alexander in insulti hominis significationem, mensamque uti erat, sub folio permanere voluit. *Ibid.*

Corona Ungariz amissa in itinere, quam à Venceslao præcarit acceperat, Othoni Bavaro breve regnum portendit. Nam non multo post quàm ostensa corona ab Ungaris receptus est, Ladislai Transylvaniz præfecti insidiiis captus, domum fuit relegatus. *Bonifacius* lib. 9. Dec. 2.

Lydi, Persæ, Iberi, & Thracæ, non ex avibus, sed maxima auguria ex vino observantur. Nam vinum effundere, aut vestes vino inquinare, felicitas haud dubiè fortune signa esse augurati sunt: idque attestant Homero, qui Ulyste discendente, & bona verba præcante, Alcinoi uxorem humi facit vinum fundere, velut preces ratas diis habiturus. *Alex.* lib. 5. cap. 12.

DARIUS Persarum Rex, acinacis vaginam mutari iussit in eam formam, qua tunc Græci utebantur: omne non obscuro, transferendi ad Græcos Imperii. *Sabel.* lib. 4. *Enna.*

STORTIA Magnis agricola erat, antequam castra sequeretur. Accedit ut labore festus rure domum rediret, & cum Boldrinus dux ætate clarissimus milites conferbere diceretur, accens animi, an nomen quoddam suum daret, augurii captandi causa lionem in vicinam quercum magna vi vibravit. Hæsit ille ramis, nec quamvis saxi sæpe petitus, loco amplius moveri potuit. Accipit omen Stortia, & sacramento militari adstrictus prima militiæ instrumenta cotyrocino fecit, & amplissimum principatus fundamenta jecit. *Jovius* in ejus vita.

EX MORTUIS DIVINATIO.

De Mortuis hic per se, ut scilicet ex iis divinatio instituitur Mediat. Aut sub spectu mortuorum divina, vel diabolicum latet, sic inter Latratas quæque ferri potest. Ceterum hæc ea tantum divinatione pertinet, quæ ad Cognitionem facit. *Reliqua Potentia divina in iis mortuis sese exercentis argumenta inferius sub Exercitatione prædica exequemur.*

ACTIONES. NEMPE.
Oracula. Responsa mortuorum.

Sacrificiorum specie animæ defunctorum primum fuerunt invocata: atque hæc Neoplatonica, haud scio an prima sortium magicarum, & vestigiis. *Isaias* enim deestans impietatem istam gentium cap. 8. *Annon quisque, inquit, mortuos pro vivis consulit est?*

Saul, 1. Reg. 28. exitum postremi in Philistæos prælii cupiens cognoscere, magam Endore consulit: quæ evocatum Samuelem, aut Samuelem imaginem sola vidit, Saule non vidente. Itaque rogavit eum Samuel, quomobrem intercumbat quietem suam, cum Deo relicto, & Deus ipsi inimicus esset? adiecit, cum David regnum tradidisset, quòd verbo eius Saul non obsequutus esset, ipsumque, & liberos fore secum die postero.

Christianorum.
Ruffinus. l. 1. *Hist. Eccl. c. 5.* *Socranus.* l. 1. c. 12. repetit narrationem de Spiridione Episc. Cypri. Fuit illa filia nomine Irene, apud quam familia iis quispian pretiosum ornatum deposuerat. Illa cautor æquo, sub tellure depositum abscondit, ac paulò post vitam finivit. Post aliquanto tempore venit, qui deposuerat: & cum virginem non reperiret, patrem adorsus est, illumque nunc inculavit, nunc obsecravit. Senex, quoniam damnus eius, qui deposuerat, suam dicebat esse calamitatem, venit ad sepulchrum filiarum. Deumque invocans orans, ut ante tempus sibi promissam resurrectionem ostenderet. Nec fraudatus est spe sua. Rediviva namque virgo patri apparuit, ac locum, ubi ornatum abscondiderat, indicavit, & rursus decessit.

DONATUS, qui tum erat sacerdos, sed postea Aretinorum factus fuit Episc. impulsi Euphrosynam Eustachii Aretini filii exactoris conjugem, ut, quamquam antè mortua, & sepulta, loqueretur, ea detegeret, ubi pecunia esset, quam ante mortem condiderat, & nemini revelaret, ut falsa suspicione alios liberaret. *Fulg.* l. 1. c. 6.

MACARIS Ægyptii monachus, Abbas Antonii discipulus, cum ad ægypnum quidam profugisset, opus petendæ gratia, qua magistratus tanquam reum paratæ tunc cadis infestabatur, is autem infontem se affirmabat: nominis sui reverentia magistratum vim precessit: & qua suspicia tantum, non testes hominum urgebant, effecit, ut qui occisus fuerat, et tumulo, omnibus, qui aderant, audientibus, loqueretur, & auditorum exadiret. Itaque magistratus hominem, *Macario* auctore, absoluit. *Ibid.*

URSUS Claronensis à D. Fridolino refulcatus, hæreditatem Fridolino à se donatum confirmavit in Rancquil oppido Rhetico, ad sex milliaria distante à Claron: ubi adversus Landulphum fratrem, negantem D. Fridolino pactum, testimonium coram Landgravo dicitur.

CUAINA pagi incolata in Africa, agri Hipponensis, cum in advertefam valetudinem incidisset, ab omnibus penè pro mortuo habebatur: quando amissis sensibus nullo nutrimento aleretur. In hoc statu cum aliquot dies fuisset isolium, ne sepeliretur, propinquos retinebat, quòd aliquantisper per naves in eo reciprocate anima videbatur. Ceterum cum postea omnes cum decessisse arbitrentur: repente aperitis oculis dixit, ut statim aliquis ad Curinam ferrarium fabrum, qui vicinus erat, visum quid ageret, preperaret. Et cum ea ipsa hora mortuum cum nunciaretur, affirmavit: se coram iudice quodam ductum, qui vehementer eos spiritus inperuerat, à quibus ipse erat deductus: quoniam Curinam fabrum ferrarium, & non se volebat, ob eamque causam se vitæ restitutum. In hæc ita visum à se paraditum, multaque alia narrabat: acque inter alia, Hippone ab Augustino se baptizatum factum, visio erat. Bonæ igitur valetudinis restitutus, monita implevit. *Fulg.* l. 1. c. 6. & *Egnat.* eodem ex D. *Augustino.*

Cum perire in urbe Roma fœverit, Italiam procurante Narsete Euxaro, peste in Valeriani advocati domo corre-

ptus est Juvenis natione Liburnus, pastor, ingenio minime malo: qui cum putaretur penè mortuus, statim ad reversus, & vocato domino nunciavit ei: Verè se in cælo fuisse, ibique intellexisse, quot & qui ex ea domo peste morituri essent: eisque nominatim declaratis, affirmavit dominum superviviturum: & ut fides dictis haberetur, ostendit se linguas omnino didicisse, atque ea ipsa hora cum Domino Græce locutus, aliarum linguarum cum his, qui earum noticiam habebant, periculum fecit, cum antè solum Romanam didicisset. Cum biduum ita vixisset penè in rabiem versus, mordicis apprehensus manibus, iterum mortuus est: eumque secuti quos nominaverat mortuos, domino superstitite, prædicta ab eo implevere. *Fulg.* l. 1. c. 6.

Greg. Turonensis, lib. de *Confessorib.* c. 32. narrat: Arverni virum quendam cum puella, quam duxerat, castè vixisset penè omnem vitam, nec eam unquam cognovisset: Puella autem mortua, cum sepeliretur, sublatis in cælum manibus, in hæc verba prorupisset: Gratias ago tibi, omnipotens conditor, quòd hanc puellam, sicut eam mihi tradidisti, impollutam, & ab omni voluptatis contagio puram, ita tibi restituo. Illa verò subridens ait: Sile vir Dei, quia non est necesse prologui nostrum, nemine interrogante secretum.

EADMUNDI Regis Angliæ à Danis cæsi caput inter fructuat occultatum loquitur, quaterens ad se vocans. *Ranulphi* lib. 5. cap. 32.

Anno circiter tertio post cladem ad Nicopolim à Turcis acceptam, Sigismundo imperante, cum multi in eum campum descenderent, emissam inter omnia subinde vocem exaudivere: Jesu Christi Salvatoris, & Mariæ Virginis nomina resonantem. Loquax inter cadavera Caput invenit. Quòd ubi homines sibi adesse novit: Quid tam (inquit) stupidi hic stantis viri? Christianus ego sum, inexpectatus, inconfususque in hoc bello occubui. Maria mater me æterni supplicii rem esse non patitur: hic me adhuc linguæ compotem servavit: ut & delicta scelerum, & animam sacris Apostolicis lustratis queam. Proinde sacerdotem, qui confessionem exaudiret, & me expiatum reddat, accertere quaeso. Rogatus: Qui tantum à Virgine beneficium promeruisse respondit. Pecuniare sibi id in vita fuisse numen, septem quatuordecimque reverentissime celebrasse, religiosissimeque jejuniis se panteduntaxat, & aqua decorasset, sacris fuisse quam studiosissime operatum, illi tantum nunti cunctas animi vires dedicasse. Accerfito è pago proximo sacerdote, confessionem nisi transigere: & impetrata erratorum omnium remissione accepta que novissima lustratione, repente contulit, perpetuèque quievit. *Bonifacius* l. 3. Dec. 3.

STANISLAUS Cracovienis Archiepisc. emerit Ecclesiæ, & G pauperum usus prædium à iusto domino, preciumque numerat, adhibitis (pro conductu regni) testimonio, & possederat. Interea venditor rebus excessit humanis. Hæredes illius post intervallum apud regem instituta in Pontificem que relata, quòd hereditatis sue partem teneret occupatum, litium movent. Pontifex iustam intervenisse emptionem, precique solutionem ostendit: illi pernegant extoluntur pecuniam credere reculant. Circumpexit Pontifex testimonium, quibus uteretur ad veritatis ostensionem. Nonnulli ex iis, qui assere, jam mortem obierant: alii malignitate, aut timore se subtraxerant. Stabat solus Pontifex. Iussus testes cum documentis producere, aut prædio cedere, postulat paucorum inducias dicitur, cogitabundus quid faceret, nam Ecclesiæ, & pauperum causam omittente, grave duxit: invidos ad testimonium perterrere non potuit, Fides iustitiam suam respexit in Deum, & oratione cum lacrymis profusa tumulum adire ante quadricennium defuncti H venditoris, & emoveri iubens cum terra lapidem, quasi presentem, & viventem alloquitur: Quia inquit, Petre (hoc illi nomen erat) periclitatur te absente Ecclesiæ, & pauperum causa, fuge, & perhibe veritatis testimonium, quibus uteretur ad veritatis ostensionem. Nulla interposita mora surgit mortuus, & ut erat vix linco cinctus, palatium cum Archiepisc. petite, & advocato adversario, apud regem, ad quod venerat, perhibuit testimonium, se accepto à Pontifice iusto pretio, Ecclesiæ prædium tradidisse. Stupore terenti qui viderant, & audierant, inaudit ante miraculo. Pontifex peracto testimonio, testem suum reddidit ad tumulum, & commendato precibus homine, redeundi, unde venerat, permisit licentiam. Ille compositis tumulo iterum obdormivit. *Cranz.* lib. 3. *Pandalisæ* cap. 13.

STEPHAN. Rom. vir & virtute, & opibus clarus, Constantinopolim rerum suarum gratia profectus, cum decessisset, jam die ad vesperam inclinata, & ob id curati tunc funus ejus non posset, usque in postero diec domi retentus est.